



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Titulus XXVII. De clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

in psalmo 95. blasphemiam nihil peius esse affirmat his verbis: *Attentius considera que dicuntur. Peccata quaedam spectant ad Deum, quaedam ad hominem: veluti impietatem committere, blasphemiam evomere, ac violare templum Dei, aut Ecclesiam Dei persequi, aut sacerdotes officere contumelia. Hec omnia referuntur ad Deum: ceterum machari, furari, injuriam facere hac intra consuetudinem, que nobis cum conservis est, constituunt. Multiplex autem est differentia eorum, que committuntur in Deum, & qua in homines. Nihil itaque peius iniquitate, neque quicquam magis impium, quam adversus Deum blasphemia. Sanctus Petrus Damianus opuscul. 36. cap. 3. & homil. 1. ad populum, blasphemos lepra m sibi, & posteris adscivisse affirmat. Facit D. Mattheus cap. 12. & Heli ajebar lib. 1. Regum, cap. 2. Si peccaverit quis in virum, placari illi potest Dominus; si autem in Dominum, quis orabit pro eo? D. Augustinus lib. 2. de civitate Dei, cap. 9. ibi: Cum probrum jactur in Principem, patria bonum, atque utilem, nonne tantum est indignius, quantum a veritate remotius. & a vita alienius. Quae igitur supplicia suffiunt, cum Deo sit ista tam nefaria, tam insignis injuria. Faciunt Theodor. orat. 1. de provid. ins. Salvianus lib. 4. de providentia, ad finem. Quare variis poenis crimen hoc omni jure vindicatum legitur. in Levit. 24. lex erat ut blasphemum lapidibus opprimeret populi multitudo: & Judaei adeo hoc crimen execrabantur, ut dum blasphemias intelligerent, obturarent aures suas, & scinderent vestimenta sua, ut refertur Matthaei cap. 26. ut ob res luctuosas, & maxime tristes soliti erant facere cap. 4. Numer. Iosue cap. 7. Iudicium cap. 11. vers. 4. Hesther. cap. 4. & cap. 2. Sophonia, minatur Dominus ob blasphemias Moabitibus interitum Gomorrhæ & Sodomæ. Jure civili Justinianus in novel. 78. Ut non luxur. homines, ita cavet: Si contra homines facta blasphemiam impunita non relinquuntur, multo magis qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere. Additque ob blasphemos pestem, famem, terramotus, & alias plagas a Deo hominibus immitteri; simulque præcipit Præfecto civitatis, ut quosin hac re deliquisse invenerit, morti tradat: & in l. ult. Cod. de relig. alearum ludos prohibet tanquam nequitiae hujus incitamenta.*

Ultimum etiam supplicium blasphemis indixit Carolus Magnus addit. 3. cap. 32. Jure canonico olim poena etiam in laicos excommunicatio, in clericos depositio, cap. si quis 22. quest. 1. & in præfenti adjuncta est poenitentia publica, necnon & poena pecuniaria: & quia clericis publica poenitentia remittitur, cap. ex poenitentibus, 50. dist. cap. quicumque 51. dist. ideo contra eos manet tantum depositionis poena. Jure nostro Regio novissimo in l. 5. 6. & 7. tit. 4. lib. 8. recop. pro prima blasphemiam detinetur reus per mensem in carcere cum compedibus; pro secunda in exilium mittitur per sex menses, muldaturque mille marapetinis; pro tertia verò lingua figitur clavo: quæ ultima poena consuetudine non est recepta, sed ejus loco flagellatur, & lingua præmitur ligno, idest mordaca. Tandem ex lege finali, tit. 4. lib. 8. recop. ad triremes damnantur blasphemii: quas poenas si non exequatur iudex, eisdem puniendus est, ex l. 20. tit. 6. lib. 3. recop. docent plura de blasphemis adductes ultra congestos a Barbofa in præfenti, D. Ioannes Vela de delictis cap. 4. D. Ioseph. Vela in cap. 1. de offic. ordin. num. 9. Fragofo de regim. Christ. Reip. part. 1. lib. 2. dist. 4. §. 5. Scortia in select. Pontif. constit. epist. 90. theorem. 292. Ioannes Witzus in notis ad Prudentium, fol. 217. Hunnius in encyclop. canon. tit. 8. Lælius Mancinus de triplici juris collat. cap. 128. Basilic. decis. criminalis 26. Petrus Gregorius lib. 4. partit. tit. 9. cap. 8. & in cap. conquerente, cap. 6. de offic. ordin. & lib. 33. syntag. cap. 12. Acunna in cap. 4. dist. 25. Sesse tom. 4. decis. 469. Barbofa 2. lib. voto 116. Suarez tom. 1. de relig. tit. de irreligiositate, cap. penult. & ult. Simon Majolus dier. canicul. fol. 661. Gutierrez de delictis quest. 60. est tamen hoc crimen mixti fori, unde puniri potest, tam a iudice ecclesiastico, quam seculari, ut pluribus relatis probat Martha de jurisdic. part. 2. cap. 13. D. Iosephus Vela in dicto cap. 1. num. 92. nisi blasphemiam sit hæreticalis, quia tunc ejus poenitentia privativè spectat ad Inquisitores hæreticæ pravitatis, ut probant Scortia ubi supra. Eymericus in direct. Inquisit. part. 1. quest. 41. ubi Penna: pluribus relatis Barbofa de potestate Episcopi alleg. 52. num. 86. Carena de offic. Inquisit. part. 2. tit. 7. §. 2.

TITULUS XXVII

De clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante.

CAPUT PRIMUM.

Ex canone ^a Apostolorum.

SI quis Episcopus, Presbyter, vel ^b Diaconus ^c depositus ^d justè pro certis criminibus ^e ausus fuerit ^f attractare ^g ministerium sibi dudum commissum, hic ab ^h Ecclesia abscindatur.

NOTÆ.

1. ^a **A**postolorum.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 1. & reperitur textus hic in can. 28. Apostolor. juxta editionem Balsamonis, Tili, Dionysii Exigui, & Gentiani Herberti, de quorum canonum origine, & auctoritate egi in apparatu ad hæc commentaria.
2. ^b **Diaconus.**) De aliis clericis ultra Presbyterum, & diaconum, nec agitur in præfenti, nec in cap. si quis Episcopus 11. quest. 3. ubi hæc eadem prohibitio firmatur; sed tamen de illis idem esse dicendum docuerunt Glossa, Butrius, & Panormit. in præfenti, Suarez de censur. disp. 11. sect. 3. num. 1. argumento capitis 2. ibi: Si quis presbyter, aut alius clericus. Et cap. clerici 3. cap. fraternitati, ibi: Presbyteros aut alios clericos; hoc titulo. cap. placuit 9. 11. cap. 3. Constat namque, appellatione clericorum etiam clericos inferioris ordinis contineri, cap. de persona 38. 11. quest. 1. nam hi etiam deponuntur, ut de subdiacono constat ex cap. accedens, vers. subdiaconi, 50. dist. de aliis clericis ex cap. Episcopus 65. 11. quest. 3. cap. cum non ab homine 10. de judic. Concil. Tolet. 4. cap. 17. can. 32. & 68. cum sequent. Apostolorum: notatur vulgò in cap. si quis de gradu, de purgat. canonic. item & degradantur, cap. 2. de penis lib. 6. sed verius credo, juxta tempus hujus canonis clericos inferioris ordinis ejus dispositione non comprehendendi: quod suadetur ex eisdem canonibus Apostolorum, videlicet ex canone 25. aliàs 24. quod ita cavetur: Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur, non tamen communione privetur. Et can. 26. statim subjicitur: Similiter & reliqui clerici huic conditioni subjaceant. Et can. 42. ita statuitur: Episcopus, aut Diaconus aleæ atque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe damnentur. Cui statim subjicitur canon 43. ibi: Subdiaconus, lector, aut cantor similia faciens, aut desinat, aut communione privetur, similiter etiam laicus. Quod non ita exprimeretur, si appellatione Episcopi, presbyteri, & diaconi clerici inferioris ordinis comprehenderentur: intendebant enim Apostoli in præfenti canone Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, qui eo tempore erant tantum in sacris ordinibus constituti, juxta tradita in cap. à multis, de aetate & qualitate punire, si ab Ecclesia depositi in suo gradu & officio, sicut antea, ministrarent; clericos autem inferioris ordinis, quia non ita graviter peccant ministrando in suis gradibus, non ita severe punire voluerunt: quo principio confirmari potest sententia Joannis Andreae, quam contra Hostiensium in præfenti probarunt Butrius in cap. 2. hoc tit. num. 7. Ancharanus num. 5. scilicet clericos in minoribus ordinibus constitutos, degradatos, suspensos, depositos, & excommunicatos ministrantes, quemadmodum non incurunt penam in hoc textu statutam, ita neque etiam manere irregulares; quia nullibi irregularitas hæc contra clericos in minoribus ordinibus constitutos expressa reperitur; & ideo non est admittenda, cap. is qui 8. de sent. excom. lib. 6. qui etiam verba illa: Vel alios clericos, dicti capitis 2. ad clericos tantum in sacris restringunt, ex regula Odi, deregul. juris in 6. namque clericos inferiores, licet clerici sint, tamen ad statum laicalem redire possunt, cap. 1. de cleric. conjug. nec in eorum degradatione solennitas præscripta in cap. 2. de penis in 6. ad degradationem majorum clericorum adhibetur.

Si ergo depositi in ministrando delinquant, puniri ipsos contendunt, non irregularitate, sed sicut puniuntur monachi, & moniales in cap. postulat, §. 1. hoc tit. Sed contrarium merito cum Hostiensium tenuerunt Hugolinus de censur. tabul. 1. cap. 14. d. 1. Marius Alterius eod. tract. lib. 2. disput. 1. c. 1. Fragofo part. 2. de regim. Christ. Reipub. lib. 10. disput. 21. §. 6. num. 19. Majolus de irregul. cap. 21. Navarrus in manuali, cap. 27. num. 163. & 244. Suarez de censur. disp. 11. sect. 3. num. 1. nam clerici in minoribus tantum constituti, comprehenduntur generalitate textus in cap. 2. hoc tit. ibi: Aut alius clericus. Et quia suspensus, & interdictus simpliciter ab officio, non solum Missam celebrando, & exercendo actus ordinum majorum, verum etiam utendo aliis minoribus ordinibus quoad actus eis deputatos manent irregulares, Abbas in cap. 2. hoc tit. num. 4. & 10. Archidiaconus in cap. si quis presbyter 11. quest. 3. ergo excommunicatus utens gradu minori, quem tantum habet, irregularis manet. Requiritur tamen ut hæc irregularitas contrahatur quod suspensus, depositus, seu excommunicatus exerceat actus ordinum minorum ex officio, tanquam minister deputatus, non sicut laicus. Glossa in dist. cap. 2. Dicitur autem clericus in minoribus constitutus solenniter actum annexum ordini facere, quando acolythus cum superpelliceo in Missa sacenni, præfente populo ministrat deferendo cereos, & ministrando urceolos, quamvis laicus eodem modo eundem actum soleat administrare ratione consuetudinis. Marius Alterius ubi supra.

^c **Depositus.**) Episcopus quidem à Synodo, vel Concilio; Presbyter verò, vel Diaconus à suo Episcopo, cap. si quis Episcopus 6. & 7. 11. q. 3. depositus namque Episcopus damnatus dicitur in dist. cap. si quis Episcopus: & depositio, damnatio, in cap. placuit 9. cap. penult. 11. quest. 3. & in can. 11. & 42. Apost. & damnatio Episcopi à Synodo, vel Concilio fieri debet, juxta tradita in cap. 3. de accusat. Presbyteri verò, & Diaconi à suo Episcopo, cap. accedens 50. dist. nam cum depositio sit pœna, illam tantum imponere potest, qui jurisdictionem habet in eum, cui imponitur. Suarez de censur. disp. 30. sect. 1. num. 1.

^d **Iuste pro certis criminibus.**) Rabanus, & Dionysius Exiguus legunt super certis criminibus. Haloander verò & Gothofredus habent ob certa crimina: & iuste idem significat, atque recte, ut interpretatur Aristenus; seu legitime, juxta Balsamonem; vel canonicè, ut in fraternitati 6. hoc tit. Certa autem crimina dicere possumus, vel certas peccati causas, argumento capitis nemo 51. 11. quest. 3. hoc est non parvas, nec leves, sed eas, pro quibus sacris canonibus depositio imponitur, argumento capitis nullus 11. quest. 3. quarum plures refert Anton. Aug. in epit. jur. lib. 39. per tot. vel certa crimina sunt aperta, & manifesta, dist. cap. nemo. Quod magis Græca verba significant, quæ ita vertit Gentianus Herbertus, iuste ob manifesta crimina depositus, juxta Alexium Aristenum. Certa autem crimina, & manifesta illa esse affirmat Balsamon, in quibus Episcopus, presbyter, vel diaconus non habent, nec quidem appellationis auxilium; nam si habeant interim dum de re prius judicata dubitatur, hujusmodi personas non ejici à ministerio contendit: quod probat ex libro 1. Basilic. tit. 3. C. I. Concil. Antioch. can. 4. 12. & 14. & refert pro ea sententia verba constitutionis 14. de Episcopis, & Clericis, cujus sententia eo tantum

tantum casu vera est, quo prædicti ante latam depositionis sententiam appellatur; quo casu interim non ejiciuntur à ministerio, quia post interpositam appellationem depositio non ligat, quemadmodum nec aliæ censuræ, quia eo tempore proferuntur, quo judicis jurisdictione sopita est, cap. *pastoralis* 53. §. *verum*, de *appel.* & sic non habet jurisdictionem, utpote appellatione suspensam, cap. *cum contingat*, 36. de *offic. deleg. cap. 2. ut lite non contest. cap. præterea* 40. cap. *delectis* 55. de *appellat. cap. per tuas* 40. de *sent. excom. cap. 2. eod. tit. in 6. Suarez de censur. disput. 3. sect. 6. & disput. 4. sect. 7. num. 1. & disput. 28. sect. 5. num. 3. & disput. 39. sect. 4. num. 3. Idem erit si contra juris ordinem proferatur, ut inquit Glossa 2. in *presenti*. Quod intelligendum est de ordine substantiali iudicii, veluti si parte non citata, juxta tradita in *cap. 1. de caus. possess. vel si contra jus lata sit, cap. 1. ubi probavi, de re judic.* non verò si contra juris ordinem accidentalem proferatur, veluti, si sine scripto, aut monitione non præmissa, cap. *illud* 5. *vers. idem, hoc titul. cap. venerabili*, §. *sanè de sent. excom. lib. 6. Suarez dict. disp. 4. sect. 7. num. 1. & 34.* Idem si quæ aliâ ratione depositio, excommunicatio, & similes censuræ sint nullæ, veluti quia à non suo iudice latae sunt, vel quia continent intolerabilem errorem; hæ enim quia non ligant in foro animæ, nec in exteriori, nullum effectum habent, l. 4. §. *condemnatum*, ff. *de re judic.* & ideo illis non obstantibus, sine metu irregularitatis celebrari potest. Glossa 2. in *presenti*, Butrius num. 6. Panormit. num. ult. Suarez dict. num. 38. Cenedus ad *Decret. collect. 25. num. 5.* quod si post latam depositionis sententiam appellatio interponatur, tum quamvis Panormitanus in *cap. 2. num. 2. hoc tit.* & in *cap. sapa, num. 16. de appellat.* existimaverit depositionem, quemadmodum suspensionem, quæ ad tempus fit, quia non sunt censuræ, sed puræ pœnæ, appellatio suspendi, quemadmodum aliæ pœnæ; attamen contrarium magis probatur, quia hæ sunt pœnæ spirituales, & ideo suam secum trahunt executionem, cap. *Episcopus* 11. *quæst. 3.* quemadmodum excommunicatio, suspensio, & interdictum, cap. *pastoralis* 35. *vers. Verum, de appellat.* & ideo postquam latae sunt, non possunt appellatione suspendi, cap. *ad reprimendam, de offic. ordin. cap. ad hæc 37. de appellat. cap. is cui* 20. §. *ult. de sent. excom. lib. 6.* interim ergo dum pendet appellatio, depositus abstinere debet à ministerio, quemadmodum suspensus, aut interdictus, cap. *suspensus* 4. cap. *excommunicatus* 17. 11. *quæst. 3.* quicquid velit Balsamon. Nec interest, quod contendat injustè fuisse depositum, hoc est ex causa falsa, & nulla, sed juridicè probatà, quæ dicitur sententia injusta ex causa, in *cap. Episcopus* 62. §. *si quis* 11. *quæst. 3.* vel ex aliis causis injustis, de quibus Cenedus *collect. 25. num. 7.* Suarez de *censur. disput. 4. sect. 7. num. 4.* & 8. quia tunc sententia, quamvis injusta, ligat, cap. *quisquis* 27. 11. *quæst. 3. cap. à nobis, cap. inquisitionis* 44. de *sent. excom.* & tunc præcipitur in *cap. 1. 11. quæst. 3.* & ideo interim dum causa appellationis iudicatur, tenetur censuram custodire, cap. *per tuas* 40. de *sent. excom. cap. 2. hoc tit.* donec absolutio ei fuerit imposita, cap. *cum contingat* 36. de *offic. deleg. cap. per tuas, de sent. excom. cap. 2. cap. venerabilibus* 7. §. *sanè eod. tit. in 6.* Unde si interim celebret, pœnam hujus textus incurret. Glossa 2. in *presenti*, Anton. num. 6. Panormit. num. ult. Suarez dict. *sect. 7. num. 8.* Nec obstat*

prædictum verbum *justè*, quia non excludit sententiam injustam ex causa, quæ tamen valida sit, quia hæc etiam legitime, & canonicè proferuntur, hoc est secundum canones, quod verbum *justè* significat, l. 1. ff. *qui testaments*: sed injustam, quæ simul nulla sit, veluti ex levi causa, vel non servato juris ordine substantiali. Rectè tamen DD. supra laudati docent, quod excommunicatus non privatur suffragiis Ecclesiæ, si injusta sit excommunicatio, quia Ecclesia non censetur velle tanto damno quemquam afficere, c. *si quis non rector* 24. *quæst. 3.* quare injustè excommunicatus, si semoto scandalo occultè celebret, non peccat, nec in foro interno pœnis canonicis afficitur; immò & aliquando Episcopus, Presbyter, vel Diaconus à gradu suo injustè dejectus, si innocens reperitur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altari de manibus Episcoporum, cap. *Episcopus* 65. 11. *quæst. 3.* Quod intelligendum est tantum in depositis, vel degradatis, quibus ecclesiæ militiæ detrahuntur insignia, cap. 2. de *pœnis in 6.* Oportet enim, quod in reparatione sua recuperent ea, quæ in ordinatione sua receperunt, ut dicitur in Concilio Tolet. 4. *can. 27.*

c. *Ausus fuerit.*) Eadem phrasi utuntur Alexander in *cap. 3. hoc tit.* & PP. Concilii Antioch. in *cap. si Episcopus* 6. 11. *quæst. 3.* Concilii Romani sub Nicolao *can. 2.* Et certè magna audacia est contempto iusto superioris præcepto ministrare, ut inquit textus in *cap. Salonitana* 24. *quæst. 3.*

f. *Attretare.*) Eodem modo legit Haloander. Dionysius Exiguus etiam legit *attretare*, cui favet Virgilius ibi:

Tu genitor cape sacramna, patriosque penates.

Me bello è tanto digressum, & eade recenti Attretare nefas, donec me vivis in aquis Abluero.

g. *Ministerium.*) quod eis tanquam clericis competit Concil. Roman. sub Nicolao *cap. 2. cap. accedens* 10. in *fine, dist. 50.* privat enim depositio Ecclesiasticis functionibus: quare depositi non possunt in officio suo ministrare, ut antea, cap. *si quis Episcopus* 13. 11. *quæst. 3. cap. 1. vers. Caveant, cap. is cui* 20. de *sent. excom. lib. 6.* immò nec aliquid de ministerio sic interdicto obire, c. *si quis Episcopus* 6. 11. *quæst. 3. cap. 2. hoc tit.* Quare nec possunt divina officia celebrare, cap. 3. cap. *latores* 4. *hoc tit.* nec Missarum solennia, *dist. cap. Salonitana, cap. qua de causa* 9. 2. *qu. 5.* nec facere matutinum, aut vespertinum sacrificium, *dist. cap. si quis Episcopus* 7. nec divinis se ingerere, cap. 1. *vers. Sciturus, de re judic. lib. 6.* nec etiam in minoribus gradibus ministrare, ut supra probavi, nisi sit tantum à sacerdotali officio depositus, vel à Missarum celebratione: nec horas canonicas in choro cantare. Glossa verbo *Secus, in c. 1. de sent. excom. lib. 6.* Extra chorum verò tenetur eas recitare, quia quemadmodum clericus depositus non privatur privilegio clericali, nec etiam eximitur ab honore clericali. Suarez de *censur. disput. 12. sect. 2. num. 13.* sicut & potest parochus sine metu irregularitatis matrimonio assistere pro ejus valore, Tridentinum *sess. 24. de reform. cap. 1.* non tamen poterit conjuges solenniter benedicere, quia hoc ministerium proprium est sacerdotis. Suarez de *censur. disput. 11. sect. 3. num. 20 & disput. 40. sect. 2. num. 26.* Item potest baptismum non solenniter conferre in necessitate, quia non tanquam

5.

6.

7.

quam clericus, sed tanquam laicus confert. Suarez *dist. sect. 3. num. 20.*

9. h. *Ab Ecclesia abscindatur.*) Dionysius Exiguus legit, *pœnis abscindatur.* Gentian. Haloander, & Rabanus, *omnino abscindatur.* Aristenus, *longissime ejiciendus*: quæ verba sic interpretatur Zonaras, ut tabescens membrum ab Ecclesia abscindatur omnino, tum ob summam impudentiam, tum quia nunquam reintegrari canonicè potest, quia cum prius fuerit depositus, mox ab Ecclesia abscinditur. Balsamon legit, *ab Ecclesia abscindatur ut impudentissimus.* Ecclesia hic significat Catholicorum congregationem, *cap. Ecclesia 8. de consecr. dist. 4.* siquidem omnes credentes unum Christi corpus efficiunt, *cap. si quis 58. 11.*

quest. 3. abscindatur verò idem significat in presenti, atque excommunicetur, ut docuerunt Pannormit. & Anton. *in presenti,* Bellarminus *de eccles. cap. 8.* Suarez *disput. 8. sect. 1.* & probatur *ex cap. si quis presbyter 5. cap. si quis Episcopus 6. 11. quest. 3.* per excommunicationem enim quis scinditur, & separatur ab Ecclesia, id est à communione fidelium, & corporis Christi, *cap. audvivi 21. cap. nihil 33. 11. quest. 3.* & extorris fit à regno Dei, à confortio fidelium, & liminibus Ecclesie, *cap. si autem 11. cap. canonica 107. 11. quest. 3. in can. 20. Apost. ibi.* *A communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à Petro.* Faciunt D. Chrysof. *in homil. de anathemate.* D. August. *de unit. Eccles. cap. ult. Eusebius lib. 5. hist. cap. 14.*

CAPVT II.

Ex Concilio a Antiochens.

SI quis presbyter ab Episcopo suo fuerit degradatus, aut officio pro certis criminibus suspensus, & ipse per contemptum, & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumperit, & postea ab Episcopo correptus, in cœpta perdurauerit præsumptione, hic omnimodis excommunicetur, & ab Ecclesia expellatur; & quicumque cum eo communicaverit, similiter se sciat excommunicatum. Similiter de clericis, laicis, vel sceminis excommunicatis observandum est. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus emendare non potuerit, Regis judicio exilio damnetur.

NOTÆ.

- I. a *Antiochens.*) Ita legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 2.* sed aliquibus verbis additis à Raymundo, alis inversis, ut facile lectori constabit, si conferat textum hunc prout hic transcribitur ex dicta prima collectione cum ipso canone, prout jacet apud Raymundum, & prout habetur in ipso Concilio Antiocheno, & in Codice canonum Ecclesie universalis, ordine 83. ubi ita habetur: *Si quis Episcopus à Synodo depositus, vel Presbyter, aut Diaconus à proprio Episcopo, ausus fuerit aliquid de ministerio agere, sive Episcopus secundum precedentem consuetudinem, sive Presbyter, sive Diaconus, nullam amplius in alia Synodo spem restitutionis, nec defensionis locum ei habere liceat, sed omnes ei communicantes ab Ecclesia abscindantur, & maxime si postquam cognoverint sententiam adversus prædictos fuisse prolatam, eis communicare ausi fuerint.* Concil. hoc Antiochenum primum celebratum fuit sub Julio Papa I. anno 340. in quo Arriani Arhanasium deposuerunt, atque Gregorium Capadocem in ejus locum substituerunt, ut referunt Pinus, & Corjolanus *in historia ipsius Concilii.* P. Marcha *lib. 3. concord. cap. 3.* Unde canones in eo editos tanquam ab Arrianis, & Eusebianis factas auctoritate carere docuerunt Binius, & Corjolanus *ubi supra.* & textum *in cap. 1. 11. dist. 16.* ubi inter Catholica Concilia hoc refertur, accipiunt de alia Synodo Antiochena, cum sex fuerint in ea civitate celebrata; non verò de hac prima. Et Baronius *tom. 3. anno 341. num. 37.* Gratianum perstringit, eo quod in eo textu canones Antiochenos inter editos à Catholicis enumeret. Sed licet verum sit, triginta sex Episcopos Arrianos in hac Synodo interfuisse, & ita majorum Patrum partem ex Arrianis fuisse, tamen Ecclesia canones ab eis editos, rectam disci-

plinam continentes, tanquam ab injustis possessioribus eripuit, & sæpe eis usa est, appellando Concilium illud sanctum, ut in Concilio Triburienti *cap. 2.* Romano sub Leone IV. apud Baronium *10. 10. anno 853. num. 39.* Primò inferendo eos in codice canonum Ecclesie universalis, ut hodie reperuntur, ut refert Ant. August. *lib. 1. de emend. Gratiani, cap. 11.* his verbis: *Canones Concilii Antiocheni receptos esse constat, & in corpore canonum positos ante Concil. Chalcedonense, ut in ejus Concilii act. 12. Græcis, Latinis 1. appareret; & ex libro etiam Latino, quem eodem nomine Corpus Canonum dicimus.* Idem refert Baronius *tom. 3. anno 341. n. 34.* Etiam eisdem canonibus usi sunt Patres Synodi in Trul. ut ex secundo ejus canone constat, relato *in c. placuit 4. 16. dist.* necnon probavit Dionysius, test. Eusebio *lib. 7. hist. Eccles. c. 24. & 25.* Nicolaus II. *in epist. ad Michaelæm Imperat. & epist. 10. ad Episcop. & cleric. C.P.* in 8. Synodo generali sub Hadriano II. *act. 7.* Leo IV. *ad Episcop. Britannia, apud Baronium anno 855. num. 28.* Palchalis II. *epist. 2. 4.* Illud tamen notandum est, quod licet in Concilio Chalcedonensi, *act. 4. nique 11.* recitentur duo canones Concilii Antiocheni, videlicet 16. & 17. tamen non ut ex Concilio Antiocheno, sed ut ex dicto Codice canonum Ecclesie universalis citantur *num. 95 & 96.* ut extant in dicto codice. Cum ergo prædicti canones Concilii Antiocheni reperirentur collecti, & incorporati in ipso codice canonum Ecclesie universalis, præsentem canonem ex eo transcripserunt Gratianus *in cap. si Episcopus 11. quest. 3.* Papiensis *in dist. 1. collect. à quibus accepit Raymundus, & huic sextæ collectioni inseruit, & ex capitularibus Caroli eum citat Cironius lib. 1. obs. cap. 1.* & forsan Carolus Magnus inseruit hunc canonem suis Capitularibus ex Concilio Toletano, quod illi transmisit Helipandus Tolet, Archiepiscopus, & in

in bibliotheca Fuldensi in membran. literis Gothicis scriptum refert Bargas in fragmentis Luitprandi, num. 77. ubi cap. 6. Ita legitur: Presbyter contumax excommunicandus est. Si quis presbyter ab Episcopo suo fuerit degradatus, aut officio pro certis criminibus suspensus, & ipse per contemptum, & superbiam aliquid de ministerio: cetera desunt. Etiam textus hic ab aliquibus citatur ex Concil. Vennensi celebrato sub Stephano III can. 9.

b Excommunicatum.] Minori excommunicatione videlicet, iuxta ea, quae dabitur in cap. significavit, de sent. excom.

2. c Quod si aliquis.] Verba quae sequuntur transcripta Raymundus ex Concilio Vennensi can. 9. ubi ita habetur: Excommunicatus in Ecclesia non debet intrare, nec cum ullo Christiano cibum, vel potum sanare. &c. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus emendare minime potuerit, Regis iudicio exilio condemnatur. Unde prior pars huius textus transcripta est ex dicto Concilio Antiocheno secunda verò ex Concilio Vennensi. De hac exilij poena, & quare desideretur requisitio Regis ad eam imponendam, egi in cap. 1. de calumniator.

COMMENTARIUM.

3. a assertio: Presbyter degradatus, vel depositus celebrans, ab Ecclesia omnino absconditur. Probat eam textus in cap. si Episcopus 6. cum sequenti cap. sententiam 11. cap. absit autem 14. 11. quast. 3. cap. Salonitana 63. dist. cap. accedens 20 50. dist. cap. 3. cap. laiores 4. cap. fraternitati 6. cap. Apostolica 9. hoc tit. faciunt textus in cap. 2. de sacram. non iter and. cap. veritatis, de dolo & contum. cap. ut clericorum 15. §. si quis igitur, de vita & honestate cleric. cap. 1. §. si siturus, de iudic. lib. 6. cap. 1. §. final. cap. is cui, de sent. excom. lib. 6. Consonat lex 17. tit. 9. part. 1. Illustrant Suarez de censur. disp. 18. sect. 3. Petrus Gregor. lib. 4. part. tit. 8. cap. 4. & lib. 32. synag. cap. 30. Covar. in cap. alma mater, 1. part. §. 6. num. 8. alij congeſti à Cenedo ad Decretal. collect. 63. Barbosa in praesenti.

4. b Sed pro dubitandi ratione ita insurgo. Clericus degradatus omni privilegio clericali, & ecclesiastico foſo privatus traditur Curiae ſaeculari, ut debitis poenis puniatur, ea novimus, de P. S. cap. cum non ab homine, ubi late probavi, de iudicij. Ergo si in praesenti casu clericus erat degradatus, ut constat ex hoc capite 2. ibi, degradatus; non poterat postea ab episcopo excommunicari, cum iam projectus esset ab Ecclesia & ejus jurisdictione, & majori poena erat afficiendus à iudice ſaeculari. Accedit nam non pervenitur ad degradationem clerici, nisi prius fuerit excommunicatus, & depositus; & tandem si incorrigibilis est, degradatur, cap. cum non ab homine, de iudicij. Ergo si in praesenti casu excommunicatio praecesserat degradationem, ad quid postea excommunicatur, sive ab Ecclesia absconditur, cum iam per priorem excommunicationem esset à communione fidelium privatus.

5. c Quae dubitandi ratione non obstante vera est praesens assertio, pro cuius expositione seire oportet praesentem rubricam generalius concipi in hac sexta collectione, quam in prima, ubi tantum ita habetur: De clerico excommunicato vel deposito ministrante. Immo & in aliquibus condicibus deest verbum deposito: sed Raymundus ut comprehen-

deret omnes decisiones sub hoc titulo compilatas, adiecit ea verba, deposito vel interdicto, ut notantur Ant. Augustin. in notis dictam 1. collect. Buttrius, Panormit. Anania, & alij relati à Cenedo in collect. 25. ad Decret. & recte, agitur enim in hoc titulo de poenis, quibus afficiendi sunt clerici, qui cum essent ob varios excessus modò depositi, modò excommunicati, modò suspensi, modò interdicti, contemptis Ecclesiae clavibus se ingerunt ministeriis sacris. De depositis agitur in cap. 1. & 2. hoc tit. de interdictis, & excommunicatis in cap. 3. cap. 4. cap. fraternitati 6. cap. fin. De suspensis in cap. ad Apostolica 9. & idèd ita generalis concipi debuit rubrica. Accedit, nam ut notarunt Hostiensis, Anton. Panormit. & alij, praesens titulus superioribus coniungitur, quia in illis adum fuit de variis delictis, ob quae excommunicatio, depositio, suspensio vel interdictum infliguntur, ideo in praesenti titulo agitur de omnibus illis, qui contemptis praedictis censuris in gradibus suis ministrarunt.

Deinde sciendum est, quod deponere modò

significat idem, atque rem alicui custodiendam tradere l. 1. ff. de positi; quòd ratione etiam testium dicta depositiones appellantur in l. 3. Cod. si minor se maiorem; quia qui testimonium profert, quodammodo veritatem sibi notam fidei iudicis committit modò significat idem atque auferre, seu derelinquere; quo modo etiam dicimus deponere officium: unde quando quis officio, vel dignitate privatur, deponi dicitur. Quare hanc poenam propriam esse clericorum, docuerunt, Bernard. Diaz in praxi, cap. 153. Suarez de censur. disp. 30. sect. 1. num. 2. argumento capitis 2. 50. dist. capitis 2. de poenis lib. 6. quamvis aliquando extendatur ad religioſos, etiam si clerici non sint, immodè & Abbatissas ut docet Suarez supra, quia & haec sunt personae ecclesiasticae. Haec depositio duplex est, alia verbalis tantum, alia verbalis, & realis: verbalis tantum, est, quando clericus in perpetuum deponitur ab omni officio sine spe restitutionis, cap. Teugualdum 11. quast. 3. cap. presbyter, 81. dist. cap. si clerici, §. de adulterio, cap. cum non ab homine, de iudicij: post quam plerumque clerici deturbantur olim in monasteriis poenitentiae peragendae causà, cap. tua, de poen. cap. sacerdos, 81. dist. de qua depositione aliqui accipiunt canonem 13. Concilij Arelat. in illis verbis De his, qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa Domini, ca, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, ut quicunque eorum ex actibus publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine Clerici amoveatur. Sed non recte, nam in eo canone potius agitur de suspensione, quam nolunt Patres deinceps eo casu apponi, sed potius depositionem, ut docuerunt Morinus lib. 2. exercit. cap. 11. Bosquetus in notis ad Innoc. III. lib. 1. regestr. 13. epist. 130. Realis depositio dicitur, quando non solum in verbis tantum, sed realiter, & solemniter clericus deponitur, & illi auferuntur ornamenta, quae in ipsa ordinatione data fuerunt: de qua in Concilio Tolet. 4. cap. 27. ibi: Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, si a gradu suo iniuste deiectus in secunda Synodo innocens reperitur, non potest esse quod fueras, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu Episcoporum. Si Episcopus est, orarium, annulum, & baculum: si Presbyter, orarium, & planetam: si Diaconus, orarium & albam: si subdiaconus, patenam & calicem: sic & reliqui gradus ea in reparatione sui recipiant, quae cum ordinarentur, perceperant. Baderus repetit

6. Deposito quid

reperit ex Concilio Maguntino Gratianus in cap. *Episcopus presbyter* 11. *quæst.* 3. Synodus 8. *act.* 7. Cum enim clerici ordinabantur, ejusmodi ornamentis ornabantur, ut constat ex Concilio Carthag. 4. *can.* 5. *cum sequent.* Aquisgran. *can.* 9. *lido* *lib.* 2. *de offic. eccles.* cap. 6. unde eisdem in depositione debebant spoliari. Illustrant Langleus *lib.* ult. *semestr. cap. penul. & ultimo*; Acuña in *cap. scimus.* 43. *dist.* Lemaitte *lib.* 2. *de instit. Episcop.* cap. 5. Petrus Herodius *lib.* 1. *Pandect. tit.* 5. & *lib.* 51. *tit.* 4. cap. 25. Morinus *lib.* 2. *exercit. cap.* 11. & aliquos laudavi in *cap. cum non ab homine*, *de iudic. tit.* Aliquando Ecclesia clericos non in perpetuum deponit, sed ad tempus, *cap. cum in cunctis*, §. 2. *de elec. cap. tam literis* 33. *de testibus*, cap. 2. *de tempor. ordin. lib.* 6. veluti donec delibuerint, & satisfecerint, *Clement. 1. de decimis*; & hæc pœna propriè suspensio dicitur, licet aliquando depositio appellatur, *cap. hoc tit.* & è converso depositio suspensio appellatur, *cap. si quis Episcopus*, 83. *dist.* varia de suspensionis & depositionis speciebus tradit Morinus *lib.* 2. *exercit. cap.* 3. *cum sequent.* & hæc suspensio nonnunquam pro levi culpa imponitur, *cap. presbyter* 2. *quæst.* 3. *cap. inter de purgat. canon.* interdum pro maiori crimine, *cap. tam literis* 33. *de testibus*, *cap. in loco* 5. *quæst.* 4.

7. De effe-
libus
deposi-
onis.

Deinde sciendum est, depositionem modò fieri à beneficio, *cap. infirmum* 13. *de simonia*; modò ab officio, *cap. si quis Episcopus*, 50. *dist. cap. si quis clericus* 10. 87. *dist.* modò ab officio, & beneficio, *cap. veritatis* 8. *de dolo. & contum.* quas & alias depositionis differentias doctè illustrant Morinus *lib.* 2. *exercit. cap.* 12. Gibalin. *de censur. dispur.* 7. *quæst.* 13. Depositio à beneficio privat clericum ipso beneficio, in quo differt à suspensione, quæ tantum privat perceptionem fructuum. Suarez *de censur. dispur.* 30. *sect.* 1. *num.* 3. & 4. Depositio ab officio modò fit ab iis, quæ sunt ordinis tantum, *cap. at si clericus* 4. *de iudicis*, veluti cum quis deponitur à sacerdotali officio, *cap. Tengualdum* 10. 11. *quæst.* 3. *cap. latores* 4. *hoc tit.* vel à gradibus ecclesiasticis, *cap. 2. de pœnis lib.* 6. modò ab aliis, quæ sunt etiam jurisdictionis, veluti cum quis deponitur ab Episcopali dignitate, *cap. quod ad translationem*, *de renunc. cap. ut clericorum* 13. 8. *si quis ita*, *de vita & honest. cleric.* aut à dignitate, honore, ordine, officio, ac beneficio, *ut in dicto cap. veritatis. cap. i. ad finem. de homicid. in* 6. Cum à jurisdictione quis deponitur, non tantum ipsa jurisdictione privatur, sed ipso munere jurisdictionis, in quo differt depositio à suspensione, quia suspensus privatur usu jurisdictionis; licet convenient in eo, quod gesta tam per depositum, quam per suspensum, nullius momenti sunt, quia quemadmodum ille non habet dominium jurisdictionis, ita hic privatur actuali usu. Suarez *dict. dispur.* 26. *sect.* 2. *num.* 2. & *disp.* 30. *sect.* 1. *num.* 7. Cum verò ab ordine depositio fit, utique ipso ordine depositus nec privatur, nec privari valet, *cap. quod quidam* 97. 1. *quæst.* 1. *cap. ostenditur.* 32. *de consecr. dist.* 4. *cap.* 2. 32. *quæst.* 7. quia per characterem indelebilem gradus confertur, qui proinde Ecclesiæ depositione auferri non potest, ut probant Theologi scholastici in 4. *dist.* 25. Suarez *de censur. dispur.* 30. *sect.* 1. *num.* 7. nec in hoc plus continet depositio ab ordine, quam suspensio, ut rectè notavit Suarez *dict. num.* 7. Unde provenit, quod actus ordinis (modò iurisdictionem non requirit, ut absolutio sacramenta-

lis) gesti à deposito, validi sint, si modò depositus debita forma, & materia utatur cum legitima intentione, quia is retinet eandem ordinis potestatem, à qua ex divina institutione actus valorem, & efficaciam assequitur, si cætera necessaria concurrant: quare rectè advertit Suarez ubi supra, *num.* 7. quod Episcopus depositus verè ordines confert, & sacramentum confirmationis administrat; & sacerdos depositus valè consecrat, quemadmodum & suspensus & degradatus, quia clericus depositus clericus manet, & clericus vocatur in præfenti titulo, ut notavit Panormitan. in *cap. 1. hoc tit. num.* 2. & retinet privilegium clericale, *cap. at si clericus* 4. *de adult. cap. cum non ab homine* 10. *de iudic. cap. tua* 6. *de pœnis*.

His præmissis apparet iam ratio præfentis assertionis; nam cum Ecclesia non possit actus ordinis à clerico deposito gestos nullos reddere, quemadmodum reddit inanem actum jurisdictionis ab eo celebratum, ideo propositis pœnis saepe sapienter statuit, ne clericus depositus attingere audeat ministerium sibi interdictum; & ideo tam in hoc *cap. 1. quàm 2. statuitur*, ut si Episcopus, Presbyter, aut Diaconus à suis gradibus pro certis criminibus fuerint depositi, & nihilominus atrectaverint ministerium sibi antea commissum, ab Ecclesia abscondantur, hoc est in perpetuum excommunicentur, & rectè; nam quamvis Ecclesia non possit characterem per sacramentum Ordinis in anima impressum abolere ac proinde nec ordinis potestatem clericum privare; valet tamen perpetuò usum ejus clericis interdicere, saltem ne ritè & licitè exerceatur ejus gradus officium, iuxta potestatem, quam habet Ecclesia ferendi censuras: quod si non fervet clericus similem prohibitionem, sed nihilominus pertinaciter contra eam agat interdictum sibi ministerium exercendo, contemptus quidem est clavium Ecclesiæ, ecclesiasticæ quæ potestatis & superbia, *cap. final. hoc tit.* & præsumptio dicitur in hoc *cap. 2. ibi: præsumperit*; & *cap. latores* 4. *ibi: præsumperit*; & in aliis, *hoc tit. leu audacia, cap. 1. hoc tit. ibi: ausus fuerit*; & *cap. si quis Episcopus* 6. 11. *quæst.* 3. *cap. Solonitana*, *ibi: Attingere audeat*. 63. *dist.* & temeritas, *cap. 3. hoc tit. ibi: Pro ausu tanta temeritatis*. Unde ob istam contemptum iustè clericus depositus ministerium absconditur ab Ecclesia, & modis omnibus excommunicatur.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam in præfenti non agimus de clerico degradato, Curiaque sæculari tradito, sed potius de clerico deposito, qui non tradebatur Curia sæculari. Nec interest, quod in *cap. 2. hoc titulo*, appelletur clericus degradatus, quia in veteribus Ecclesiæ canonibus sæpius degradatio ponitur pro depositione, & pro eo delicto, pro quo in uno canone iungitur depositio, in alio imponitur degradatio, quali eadem pœna veluti in canone 44. Apost. circa Episcopum usurarium ita cavetur: *Episcopus, & pecunias mutuo datus cum favore exigens, vel cesset, vel deponatur*. Et cum reperatur canon hic in Synodo Nicæna, *can.* 17. & Trullana *can.* 10. ita habetur: *Clericus à diaconatu, & supra pecuniam non commodat ad usuras, & quod si quis adversus hæc statuta venire præsumperit, communione concessa ab ordine degradatur*. Aurelian. 3. *can.* 16. *ibi: Exactor favoris aut usurarum possessor, secundum Patrum statuta degradatur*. Tarrac. *can.* 10. Illiberit. *can.* 20. *ibi: Si quis clericorum decretus fuerit usuras accipere, placuit degradari, & abstinere*. Quam

Quam pœnam explicat Concilium Arelat. 2. can. 14. ibi: *Si quis clericus pecuniam dedit ad usuram, depositus à Clero, à communione habeatur alienus.* Similiter in can. 25. *Apost.* ita cavetur: *Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus fornicationis, vel surti convictus deponatur, & mox sequeatur.* Quam pœnam ita explicant Patres Concilii Aurel. 3. can. 8. *Si quis clericus furtum, aut falsitatem admisit, quia capitalia sunt crimina, communione concessa, ab ordine degradetur.* Notavit Morinus lib. 2. exercit. cap. 11. Unde clericus, qui in cap. 1. hoc tit. dicitur depositus, in cap. 2. dicitur degradatus. Nec obstat augmentum ipsius dubitandi rationis, quia licet jam clericus in presenti casu fuisset depositus pro criminibus, tamen crescente malitiâ, per contemptum clavium ministrando in gradu interdicto amplius excommunicari valet, cap. cum non ab homine 10. de iudiciis, cap. capitulum 30. de rescriptis, Clement. 2. de sent. excom. sicut excommunicatus deponitur, cap. clerici, 36. dist. cap. latores 4. hoc tit. Nec novum est, ut pro duplici culpa, duplici quis puniatur pœnâ, cap. ut clericorum, vers. Si quis igitur, de vita & honest. cleric. Sunt tamen hoc casu, & similibus diversarum rationum censuræ, & ideo nihil impedit, quod eidem personæ diversa pœna imponatur propter diversa delicta, ut in presenti, sed etiam propter idem delictum, si in tantum crescat contumacia, ut omnem hanc pœnam mereatur, ut latè docet Suarez de censur. dispnt. 5. sect. 2. num. 4.

autem, de re iudic. in 6. ubi statuitur, quod si iudex ordinarius, vel delegatus, suspensus, durante suspensione se ingesserit divinis officiis, irregularitatem contrahat, à qua non nisi per Romanum Pontificem possit absolvi. Ex quo textu expressè deducitur, suspensum ab officio ecclesiastico, & adhuc temerè se ingerentem divinis officiis, irregularitatem contrahere. Ergo non rectè in presenti docetur, tantum absciendum ab Ecclesia, id est excommunicandum esse. Pro cuius textus solutione, omisso Cardinali in presenti, qui discrimen constituit inter clericos in maioribus ordinibus constitutos, & minoribus gradibus initiatos, ministrantes post suspensionem, ita ut primi irregularitatem contrahant, secundi verò tantum excommunicentur; quæ solutio facilè refellitur ex traditis supra in cap. 1. verius dicendum est, ob violationem censuræ irregularitatem contrahere clericum suspensum post suspensionem celebrantem, cap. Apostolica 9. hoc tit. Similiter & clericum interdictum, cap. latores 4. hoc tit. excommunicatum, ut dicemus in cap. sequenti. Unde majori ratione depositus celebrans irregularis fit, quia omnis depositio involvit in se suspensionem. Nec in presenti negatur clericum depositum celebrantem, irregularitatem contrahere, sed amplius esse excommunicandum eum statuitur: quo modo etiam expendi, & exponi possunt textus in cap. 1. c. is cui 20. de sent. excom. in 6. cap. latores 4. cap. fraternitatis 6. cap. postulasti 7. §. quævisisti, hoc tit. junctis adductis in eorum commentariis.

10.

CAPUT III.

Alexander III. à Londonen. Episcopo.

Clerici autem, si qui à suis, aut etiam de mandato Romani Pontificis ab aliis Episcopis interdicti, vel excommunicati ante absolutionem divina officia celebraverint, nisi moniti sine dilatione redierint, perpetuæ depositionis sententiam pro ausu tantæ temeritatis incurrant.

NOTÆ.

I. ^a London. In prima collectione, sub hoc tit. cap. legitur *Turonensi*, post Concil. verò Later. part. 26. c. 9. legitur *Livoniensi*, & in quodam Codice Tarraconensi, *Londonensi*, ut notavit

Ant. August. in presenti: quam literam retineo, quia in dicta prima collectione, additur, *pars capituli relatum*; unde cognoscitur, in presenti referri partem textus in c. relatum, ne cleric. vel monachi qui inscriptionem habet, *Londinensi Episcopo*. De diœcesi Londinensi egi in cap. 6. de consuet.

CAPUT IV.

Idem à Toletano Archiepiscopo.

Latres presentium cum tuis literis ad nostram accedentes presentiam, suum nobis excessum plenius intimarunt, scilicet quod tam ipsi, quam alii multi, postquam interdicti & excommunicati fuerunt, divina præsumperint officia celebrare. Quoniam verò cum eis magnam multitudinem in hoc peccasse dicebant, nec nobis qui eorum magis, vel minus deliquerint, innotescere potuit, negotium discretionis tuæ duximus remittendum, s. t. p. A. f. m. quat. rei veritate diligentius inquisita, si x. solummodo, vel pauciores in his deliquisse constiterit, omnes in perpetuum ab officio sacerdotali deponas: si verò multitudinem magnam in hoc peccasse cognoveris, eos quos magis causam delicti esse constiterit, perpetua depositione condemnes, & alios, qui non tantum deliquerunt, ab officio ad tempus suspendas, & omnibus pœnitentiam secundum discretionem tibi à Deo datam injungas.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

Na

NOTÆ.

NOTÆ.

a **T**oletano) Ita etiam legitur in prima collectione *sub hoc tit. c. 4.* Et post Concil. Later. part. 50. cap. 51. De Primatiali Ecclesia Toletana *egi in c. coram. de in integ. restit.*

b *XL. solummodo.*) Pœnam minuendam esse ob numerum delinquentium, probavi in cap. 6. de servis non ordin. c. 11. de transact.

c *Ab officio.* Et per consequens à beneficio, voluit Glossa in presenti, sed malè, quia verius est suspensum ab officio, non semper suspensum esse à beneficio, ut probat Gibalin. de censur. disp. 7. q. 12. 3. part. & dicemus infra in cap. ex literis. de excess. Pralat.

COMMENTARIUM.

I. **E**X his duabus decretalibus sequens conclusio tra-
ditur & probatur.
Ter venit assertio disputanda: Clericum interdicitur & excommunicatus celebrans deponitur, irregularisque manet. Probant eam textus in cap. si quis presbyter 5. c. si quis Episcopus 6. & 7. 11. q. 3. c. illud. §. ult. c. ad Apostolica 9. cap. si celebrat. de cleric. ex com. c. veritatis 8. de dolo & contumacia, c. 1. §. sciturus. de re judic. in 6. cap. 1. c. is cui. 8. de sent. excom. lib. 6. Joan. VIII. ad Clerum Salernitanum, Zacharias Pontifex episc. 5. ibi: Hoc inquisisti, quid faciendum sit de excommunicato Episcopo, & Apostolicam auctoritatem negligente. Hic detestabilis est coram Deo, & hominibus, cui condemnato in condemnatus non communicabit. Cathag. can. 108. Placuit, ut quicumque non communicat in provincia propria. & in aliis provinciis, vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit. iacturam communionis, vel clericatus excipiat. Concilium in Germania sub Conrado Cardinali Portuensi L. S. A. anno 1215. can. 6. Multi nomine sacerdotes censuram ecclesiasticam contemnentes, excommunicati à Prelatis ipsorum, exigentibus culpis suis, & immemores, quod Episcopi & Prelatis clavium regni celestis collata sit potestas, attrectare sibi divina mysteria non verentur, &c. Statuimus igitur, ut tales sine sperestitionis ab officiis, & beneficiis deponantur, & infames, & intestabiles sint, & de cetero ad beneficia ecclesiastica nullatenus admittantur, nisi per poenitentiam approbatam, & conversionem laudabilem Sedis Apostolica gratiam meruerint obtinere. Innocent. III. lib. 1. registr. 13. episc. 57. ubi Episcopo Zamoreni ita scribit: Grave gerimus, & indignum, quod cum venerabilis frater noster Portugalen. Episcopus, post diutinas persecutionis angustias, quas à charissimo in Christo filio nostro Illustri Rege Portugalen. & ejus noscitur sustinuisse ministris, evasis demum fugæ presidio custodis violentis, bonisq. suis, non solum ecclesiasticis, verum etiam patrimonialibus derelictis, compulsus sit pariter cum... Decano suo, & aliis, licet paucis, tribulationis propriae partibus, pro commissa sibi Ecclesia libertate ad Sedem Apostolicam confugere quasi nudus: Canonici Portugalen. Ecclesia, quos ejus, utpote boni Patris oppressionibus compati decussisset, non solum filialis compassionis dicuntur ei subtraxisse solatium quinimo tanto nocentiores aliis, quanto pejus familiaris solet ledere inimicus, seviendi adversus ipsum temeritate sua prabuisse videntur extraneis incentivum: dum tam ipsi, quam Ecclesia memorata Portionaris excommunicatiioni subiecti, divina non erubuerunt officia celebra-

re, contempto temerè interdicto primo, vel secundo per eundem Episcopum promulgato, super quo non relaxando ad Sedem fuerat Apostolicam appellatum: & perjurio nihilominus visulpenso, quod iidem Canonici dignoscuntur circa presens negotium incurrisse. Nolentes igitur tantam presumptionis audaciam relinquere incorrectam, discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, & districte precipimus, quod inquisita, & cognita veritate, si rem inveneritis ita esse, Canonicos, & Portionarios memoratos sublato cujuslibet contradictionis & appellationis obstaculo, beneficiis ecclesiasticis, & officiis spoliatis. Nisi forsan ad interventum & consilium prefati Episcopi, temperandum duxeritis huius canonice disciplinae rigorem. Volumus insuper, & precipimus, ut circa omnia, qua promissa sunt, tam supra principali, quam supra incidenti, appell. postposita procedatis. Quod si non omnes, &c. Tu ergo frater Episcopo cum eorum altero, &c. Datum Lateran. III. idus Maij, P. anno tertio decimo. Illustrant ultra congestos à Barbola in presenti, Petrus Gregorius lib. 4. part. tit. 6. cap. 1. Covarruv. in cap. alma, part. 1. §. 8. numer. 1. Sayrus lib. 2. Theauri, cap. 22. numer. 27. Suarez de censur. disputat. 11. sect. 3. Alterius eod. tract. lib. 2. disput. 1. cap. 1. Avila eod. tractat. part. 7. disput. 9. sect. 2. Bonacina quest. 3. de irregul. punct. 5. num. 1. Gibalinus de irregul. cap. 5. quest. 2. consecr. 1. Cornejo in 3. part. disput. 6. de irregul. dub. unic. quest. 1. Leander eod. tract. disput. 21. quest. 2.

Sed pro dubitandi ratione in presentem assertionem argumentor ita, Irregularitas tantum incurritur in casibus à jure expressis, cap. is cui 18. de sentent. excom. lib. 6. Sed in nullo juris testimonio invenitur expressa irregularitas, seu statuta contra excommunicatum celebrantem divina officia. Ergo excommunicatus celebrans pendente excommunicatione, non manet irregularis. Probat minor, nam supra laudati Doctores, qui hanc irregularitatis speciem agnoverunt, eam deduxerunt ex cap. si Episcopus 6. cum sequenti, 11. quest. 3. & ex juribus compilatis in presenti titulo, ut agnovit Suarez ubi supra. Sed in nullo ex eis talis irregularitas expressè statuitur. Non in dicto cap. si Episcopus, quia in eo agitur de Episcopo, aut presbytero deposito, non verò excommunicato, ut probavi supra in cap. 2. ubi idem canon Concilii Antiocheni reperitur. Non in cap. si quis Episcopus, sequenti; quia in eo tantum Martinus Bracharenis transcripsit dictum canonem 5. Concilii Antioch. & suæ collectioni inferuit sub num. 57. & in ea versione ex Græco autographo pro depositus, seu damnatus, posuit excommunicatus, ut constat ex ipsa collectione Martini Brachar. quæ extat inter Concilia Hispaniæ edita à Loayfa, fol. 185. unde eandem explicationem habet textus ille ac antecedens, cum contineat eandem sententiam. Nec in presenti titulo satis expressa reperitur prædicta irregularitatis pœna. Non in cap. 1. & 2. quia in eis agitur de clerico deposito, non verò excommunicato, ut in eorum notis probavi; & in cap. clerici 3. licet agatur de clericis excommunicatis celebrantibus, non imponitur irregularitas, nec illa pœna, quæ incurritur ipso jure; sed tantum jubetur ut ita celebrantes, si moniti non desistant, in perpetuum deponantur per sententiam ferendam. Similiter in cap. latores 4. Alexander III. tantum comminatur sententiam ferendam. Deinde

in cap. illud 5. tantum asserit Innocentius III. se non indigere Episcopo celebranti post excommunicationem poenam hoc casu per sacros canonicos statutam; non tamen exprimit, quam poenam illa sit. Deinde in cap. fraternitatis 6. tantum jubetur, clericum excommunicatum celebrantem spoliandum esse beneficiis obtentis: & de poena etiam ab homine ferenda agitur in cap. postulasti 7. §. quævisisti. Tandem in cap. Apostolica 9. agitur de clericis suspensis celebrantibus, non verò de excommunicatis: unde cum nullo juris testimonio reperitur expressa hæc irregularitas, non est cur à Doctoribus admittatur.

3. Traditur ratio de- rindanda

Quæ dubitandi ratione non obstante, defendenda est præsens assertio, cujus ratio, præmissis iis, quæ de effectibus excommunicationis majoris dabimus in cap. 8. de sentent. excomm. vera ratio provenit ex eo; nam cum ligatus majori excommunicatione privatus sit perceptione sacramentorum, & facultate ea conferendi, se ingerendo divinis ministeriis, sacraque officia celebrando graviter peccat, argumento capitis si celebrat. hoc ritul. in contemptum clavium Ecclesiæ temerè usurpando ministerium sacrum sibi interdictum; quare meritò in perpetuum deponitur, & irregularis manet, ut ita puniatur, in quo peccavit, cap. nullus, de temporibus ordin. libr. 6. videlicet quia peccavit celebrando sacrum ministerium illi interdictum in perpetuum, irregularis manet, ut illud amplius celebrare nequeat. Et irregularitatem contrahi à clerico excommunicato ministrante, probatur sequentibus juris fundamentis. Primum deducitur ex dict. cap. si celebrat, hoc ritul. ubi deciditur quæstio facta vexata apud Interpretes, an qui minori excommunicatione tantum ligatus Missam celebravit, maneat irregularis: Quæ disputatio, seu quæstio proflua inutilis, & superflua esset, si majori excommunicatione ligatus celebrans divina officia nullam irregularitatem incurret: & ita argumentum, quod deducitur ex d. cap. si celebrat, non est à contrario sensu, sed à cessante ratione dubitandi. Secundò, nam excommunicatus suspensus est à propriis ordinibus, administratione videlicet sacramentorum, & celebratione divinorum officiorum pro tempore, quo persistit in excommunicatione: sed suspensus celebrans durante suspensione sit irregularis cap. Apostolica 9. hoc rit. cap. 1. §. sciturus, de re judic. libr. 6. Igitur multò magis excommunicatus Missam celebrans irregularis efficitur. Quod argumentum de parte ad totum appellat Pater Suarez ubi supra, & meo videri concludens est. Eodem modo arguendum est à clerico interdicto, qui divina officia celebrando irregularis efficitur, cap. is cui 20. de sent. excomm. libr. 6. Tandem quia in præsentis textu, & in dicto cap. fraternitatis, hoc rit. cap. veritatis 8. de dolo & contum. clerici excommunicati Missam celebrantes in perpetuum deponuntur, & beneficiis jam obtentis privantur: quæ poena parum, aut nihil differt ab irregularitate.

4. Varii casus regul. minister.

Manet ergo, veram esse communem Doctorum sententiam, videlicet clericum excommunicatum Missam celebrantem, aut divinis officiis se ingerentem, irregularem manere. Unde infertur resolutio ad varios casus: & primò deducitur, excommunicatum ita demùm fieri irregularem, si exerceat ministerium ordinis sibi interdictum: quare ipse recipiens ordines non manet irregularis, sed suspensus, cap. 1. de eo qui furtivè, cap. cum illo- rum, de sentent. excomm. quia in receptione or-

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

dinis non exercet actum sibi interdictum, ut docuerunt Covarr. in cap. alma. 1. part. §. 6. num. 6. Suarez de censur. disp. 31. sect. 2. num. 57. tamen si contrarium teneant Navarrus in manuali, cap. 27. num. 241. Avila de censur. part. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 6. Similiter si quis prohibeatur sub censura celebrare, & violet prohibitionem celebrando, incurrit quidem censuram, non tamen fit irregularis, eo quod tunc non violat censuram, sed eam contrahere videtur. Et quamvis post consecrationem jam censuram illam incurrat, & Missam profectatur, non fit irregularis, quia moraliter est una actio. Suarez de censur. disp. 31. sect. 1. num. 77. Bonacina de irregul. disp. 7. quasi. 3. punct. 5. num. 8. Deinde si actus ordinis, quo violatur censura, fuerit invalidus ratione materiæ, aut subiecti, nihilominus incurritur hæc irregularitas, veluti si clericus excommunicatus solenniter baptizat infantem non debitam materiâ; vel si sacramentaliter absolvat hominem, qui reverà carebat dolore necessario ad valorem sacramenti. Ratio est, quia verè violatur censura per exercitium ordinis. Si tamen actus fuerit nullus ex defectu ordinis, vel intentionis, non incurritur hæc irregularitas ob exercitium fictum, & duntaxat usum apparentem, ut docet Suarez disp. 11. sect. 2. §. 3. num. 16. sed si ordinis exercitium non sit prohibitum quoad substantiam, sed duntaxat quoad modum extrinsecum, & accidentalem, non fiet irregularis, si quis eo modo exerceat: exempli gratia si Episcopus fuerit suspensus à Pontificalibus, non incurret hanc irregularitatem, etsi Missam celebret cum eo apparatu, ut docent Layman. lib. 1. tract. 5. part. 5. cap. 3. num. 4. Zerola in praxi Episc. verbo Irregularitas 18. Secus est, si clericus suspensus exerceat actum, qui sacer est ratione modi accidentalis, verbi gratia si parochus benedicat solenniter nuptias, vel ceremonias sacras baptismi faciat, etsi non conferat baptismum. Suarez dict. disp. 11. sect. 3. num. 19. Gibalinus de irregul. cap. 5. quasi. 2. conselt. 8. Philarchus lib. 4. cap. 23. non tamen excommunicatus fiet irregularis, etsi violet censuram per exercitium aliquod jurisdictionis: ac proinde poterit ferre censuras, & ab eis absolvere, non tamen cum solennitate stolæ, & precum, ut observat Layman. ubi supra. Item Parochus poterit assistere matrimonio, eo quod non est propriè actus ordinis, seu jurisdictionis, etsi contrarium tenuerit Majolus de irregul. libr. 3. cap. 19. Similiter irregulares tunc fiunt Subdiaconi, & Diaconi canentes solenniter Epistolam, vel Evangelium, cum vestibus sacris sibi propriis utuntur; secus si Subdiaconus non utatur manipulo, vel Diaconus stolâ: quod si Subdiaconus calicem & patenam deferat ad altare, & Diacono ministret, probabile est non propterea manere irregularem, eo quod illud non sit manus proprium Subdiaconi: secus erit si Diaconus excommunicatus, suspensus, vel interdictus dispenfer Eucharistiam ex licentia, vel sine illa, aut solenniter baptizet. Tandem sciendum est, in hac irregularitate attendendam esse pravitatem materiæ, arque ita actus benedictionis Episcopalis absque solennitate in itinere non sufficit ad inducendam irregularitatem, tamen si pertineat ad ordinem Episcopalem, cap. Abbas de privil. libr. 6. ut docent Suarez de censur. disp. 12. sect. 2. num. 21. Bonacina dict. quasi. 3. punct. 9. num. 3. Similiter si clericus suspensus privatim horas recitans dicat, Dominus vobiscum. Suarez ubi supra, numer. 13.

Na 2

vel

vel si quis faciat officium hebdomadarii in choro more monialium, ut probat Leander *de irregul. tract. 2. disput. 20. quest. 19. & disput. 21. quest. 15.* prosequitur alios casus Gibalinus *dist. cap. 5. per rot.* & de celebrante in excommunicatione minori agemus infra in c. si celebrat. & de excommunicato faciente coram se celebrare, infra in cap. illud, dicemus.

5.
Conclu-
sio tra-
ditur,
& pro-
batnr.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, quâ motus perdoctus Pater Didacus de la Fuente Hurtado Societatis Jesu, vir acutissimi ingenii, & omnigenæ eruditionis, quem sub nomine cuiusdam neoterici refert Leander *dist. quest. 2. fol. 216.* existimavit clericum excommunicatum ministrantem non fieri irregularem, eo ductus unico fundamento, quia talis irregularitas non reperitur in jure expressâ. Verum licet non extet canon discretus, in quo clericus excommunicatus, vel divinis officiis se ingerens pronuncietur irregulatis; satis tamen hæc pœna exprimitur verbis æquipollentibus, quibus Ecclesia in aliis delictis irregularitatem indixit. Supponimus enim nomen hoc irre-

gularitas, jure antiquo incognitum fuisse usque ad tempora Innocentii III. & Gregorii IX. ut pro expositione textus in *dist. cap. si quis Episcopus 6. & 7. II. quest. 3.* notarunt in cap. si celebrat, *hoc tit. Anton. num. 13.* & Additionator Panormit. *num. 6. litera E. columna 4.* Unde tam Innocentius, quam Gregorius uti ceperunt prædicto verbo in cap. nisi cum pridem, de renunc. cap. si celebrat, *hoc tit.* Quare in Decreto Gratiani nulla mentio fit irregularitatis; & tamen in canonibus in eo compilatis plerumque imponitur irregularitas variis verborum formulis, quas referunt, explicatque Suarez *de censur. disput. 40. sect. 8.* Majolus *de irregul. lib. 1. cap. 1.* Unde rectè communiter omnes, tam Theologi, quam Jurisperiti de irregularitate scribentes in hoc casu irregularitatem agnoscunt, eamque probant ex præsentibus capitibus 3. & 7. & non malè deducitur ex *dist. cap. veritatis 8. de dolo & contumacia;* quem textum adhuc à nemine perpersum vidi; faciuntque irrefragabilia argumenta supra pro ratione decidendi adducta.

CAPVT V.

Idem Capitulo ^a Herbipolensi.

Illud Dominus in beato Petro. *Et infra:* Ven. f. n. quondam Ildefonsensis ^b Episcopus Imperialis aulae Cancellarius, non attendens, quod multa sunt, quæ præter specialem auctoritatem Ap. Sed. de jure non possent, nec deberent impunè ab aliquibus attentari, utpote ^c cessiones, & translationes Episcoporum, & alia, quæ nota sunt vobis; non solum non obtentâ licentiâ, sed nec etiam postulatâ, Ecclesiâ Ildefonsensi relicta, Herbipolen. Ecclesiam occupavit. *Et infra:* Unde nos præsumptionem ipsius debitâ volentes animadversione punire, v. f. n. ^d Magdeburgen. Archiepiscopo, & aliis quibusdam in Teutonia constitutis dedimus in mandatis, ut cum factum ipsum non posset in partibus illis non esse notorium, nisi dictus Episcopus infra xx. dies post susceptionem literarum, quas super hoc ipsi direximus, ab Herbipolen. Ecclesiæ administratione cessaret, eum excommunicatum publicè nunciarent, & excommunicationem ejus facerent pullatis ^e campanis, & candelis accensis, festis diebus, & Dominicis innovari: quod idem Magdeburgen. studuit adimplere. *Et infra:* Ipse verò Episcopus in nostra postmodum præsentia constitutus, etsi suum recognosceret, & confiteretur excessum, & non judicium, sed misericordiam postularet; hoc tamen inter alia in suam excusationem proposuit, quod cum dictus Magdeburgen. non esset ordinarius iudex ejus, non crediderat, quod admonitione non ^f præmissâ, auctoritate delegatâ posset procedere contra ipsum, aut sententiam in eum aliquam promulgare. Unde cum nec ante factum commonitorias, nec post factum literas ab eo aliquas accepisset, peccare non credidit, si divina officia, quantumcunque solenniter, celebravit, præsertim cum ei non nisi per ^g famam de sententia contra eum prolata constaret. Quod autem postquam se novit excommunicatum à nobis, divina sibi fecerat officia ^h celebrare, & communioni fidelium se ingesserat frequenter, id non in contemptum Ap. Sed. vel etiam tanti sacramenti, sed spe veniæ asserit se fecisse, ne videlicet induresceret amplius, vel diutius ejus animus proterviret, si nunquam divinis officiis interesset: licet in diebus solennibus nunquam se celebrationi divinorum ingesserit, & cum paucis in angulo alicujus Ecclesiæ occultè non festi-
vis diebus divina sibi fecerit interdum officia celebrari. Licet autem in primo capitulo non videatur omninò culpabilis extisse, quia tamen in dubiis via est tutior eligenda, etiâ de lata in eum sententia dubitaret, debuerat tamen potius abstinere, quàm sacramenta ecclesiastica pertractare. Illud autem, quod sub spe veniæ divina sibi fecit, postquam se à nobis excommunicatum noverat, celebrari, & fidelium orationi se ingessit, potius contra eum facere credimus, quam pro

pro eo; cum ex fiducia penitentiae non debuerit deliquisse, & excommunicatos non vitare, multo magis quam non vitari periculosum extat: non vitare siquidem, cum in eo sit, excommunicatus sine delicto non potest; sed cum ex aliis pendeat, sine suo peccato poterit non vitari: & ita cum eo misericordiam facientes, k poenam, quam canon iis, qui post excommunicationem divina praesumpserint officia celebrare, vel qui celebrationi se ingesserint divinatorum, ei non duximus infligendam.

NOTÆ

1. **a** **H**erbipolens.] Ita etiam legitur in tertia compilatione *sub hoc tit. cap. 1.* sed cum non extet praesens epistola Innocentij inter editas à Sileo, & Bosqueto, ideo integram restituere non possumus: huius tamen translationis Hildesemensis Episcopi mentio extat *in cap. quanto, de translac. Episcop.* ubi de dicecesibus Herbipolensi, & Hildesemensi nonnulla notavi *in dist. cap. quanto, de translac. Episcop.*
2. **b** **E**piscopus.] Conradus videlicet à Rabenspurg, Philippi Regis Romanorum Cancellarius, de hinc Lubecensis, demum Hildesemensis, tandem Episcopus Herbipolensis, ut refert Bucelinus Germaniae sacrae part. 1. *in serie Episcoporum Hildesemensium.*
- c** **C**isiones, & translationes.] De quibus, & earum prohibitione, latè egi *in cap. 1. de renunc. cap. 1. de translac. Episcop.*
- d** **M**agdeburg.] Litera hujus delegationis extant *in cap. quanto, de translac. Episcop.*
- e** **P**ulsatis campanis.] Iuxta morem pronuntiandi anathema, quem illustravi *in cap. cum non ab homine 10. de iudic.*
- f** **A**dmonitione non praemisâ.] Quae excusatio incongrua non videbatur, siquidem excommunicatio proferri non potest, nisi praecedente trina monitione, *cap. sacro 48. de sent. excom.* sed verbum hoc *admonitio*, non est accipiendum de monitione, quae praecedere debet quamlibet censuram, sed de admonitione, quam debet facere quilibet iudex delegatus literarum suae delegationis, antequam illis uti incipiat, juxta textum *in cap. cum in iure*, & ibi tradita, *de offic. delegat.* unde rectè Conradus in praesenti aiebat, quod cum Magdeburgensis Archiepiscopus non esset ipsius iudex ordinarius, sed ut delegatus procederet, debebat prius intimare literas suae delegationis; &

ideo Innocent. dixit propter hanc excusationem non extitisse omnino culpabilem.

g **F**amam.] Similis excusatio opposita, & rejecta fuit *in cap. 1. de postul. Pralat.*

h **C**elebrare.] Vnde dubitari poterat de ipso celebrante coram Episcopo excommunicato, necnon de Episcopo jubente coram se celebrare, an irregulares evaderent; Et quoad ipsum celebrantem certum est, non manere irregularem, *ex cap. is cui 18. de sent. excom.* & docet Suarez *dist. disp. 1. 2. de censur. sect. 1. num. 10.* Alterius eodem tract. *disp. 13. lib. 1. cap. 2.* Ratio est, quia haec irregularitas imponitur violanti propriam censuram, & exercenti ministerium ordinis sibi prohibitum, propter contemptum, qui hoc casu non datur. Ex eadem ratione dicendum est, Episcopum in praesenti specie jubendo coram se divina officia celebrari, irregularitatem non contrahere, cum ipse per se non exercent ministerium sibi interdictum, nec violat censuram ipse celebrando, ut pluribus relatis resolvit Diana *part. 4. tract. 2. resol. 57.*

i **M**ulto magis quam non vitari.] Sed cum correlativa sint, & quasi duo extrema excommunicatus, & alij qui eum vitare debent, quomodo periculosius esse poterit communicare, quam communicari? Sed dicendum est, quod utriusque pares sint, non adeo pares judicantur, quom nus secundum rectam rationem ex parte materiae major sit obligatio excommunicati vitandi alios fideles, quam fidelium vitandi ipsum excommunicatum: tum quoniam ratio illius poenae, & culpa in ipso est: tum etiam, quia prohibitio haec communicandi magis directè in ipsum tendit, ut docuit Balboa *in cap. exceptionem 12. de excepte.*

h **P**anam.] Depositionis videlicet perpetuae, juxta tradita *in cap. 4. hoc tit. ex quo commentario, & ex adducendis in cap. ad Apostolica, hoc tit.* praesens commentarium petendum est.

CAPUT VI.

Idem à Bisuntino Archiepiscopo.

Fraternitati tuae. *Et infra:* Presbyteros autem, & alios clericos tuae dioec. qui pro suis excessibus à te nexibus anathematis canonicè innodati praesumpserunt, vel praesumunt divina officia celebrare, rationabiliter potes omnibus beneficiis ecclesiasticis spoliare.

NOTÆ.

a **B**isuntin.] Ita etiam legitur in tertia collectione *sub hoc tit. cap. 2. & in cap. fraternitati, de eo qui cognovit consanguin. & in cap. fra-*

ternitati, de schismatico. ubi extant aliae partes hujus decretalis, De Bisuntina Metropoli egi *in c. 14. de accusat. & commentarium hujus textus dedi supra in cap. 4.*

CAPUT VII.

Idem Majori Decano & Priori à Colonienſe.

Postulatis per Sed. Ap. edoceri. *Et infra:* Conſequenter quaſiſtiſtis, utrum clerici, qui dum eſſent excommunicationis vinculo innodati, eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti, eadem, poſtquam abſolutionis beneficium obtinuerunt, licite valeant retinere: poſtulant nihilominus, qua pœna corripì debeant Abbates & Abbatiffæ, & alij Eccleſiarum Prælati, qui ſcienter clericis excommunicationi ſubjectis eccleſiaſtica beneficia contulerunt. Ad quod vobis taliter reſpondemus, quod cum excommunicatis ^b communicari non debeat, clericis excommunicationis vinculo innodatis eccleſiaſtica beneficia conferri non poſſunt, nec illi valent ea licite retinere, niſi forſan cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum, cum ipſa non fuerint canonice conſecuti. Illi verò, qui ſcienter illa beneficia talibus contulerint, tamdiu debent à beneficiorum collatione ſuſpendi, donec ſuper hoc veniam conſequi mereantur, ut puniantur in hoc, in quo delinquere præſumpſerunt.

NOTÆ.

2. ^a *Colonienſe.* Ita etiam legitur in tertia collectione *ſub hoc tit. cap. 3.* non tamen extat præſens epistoſta inter editas à Sirlero, & Bo-

queto: quare integra ejus caremus. De Colonienſi Germania diœceſi egi *in c. 7. de atate, & qualitate: & commentarium dabimus ſequenti textu, b Communicari.*] *Cap. ſignificavit, de ſent. excom. ubi latè dicemus.*

S.

Quaſiſtiſtis præterea, qualiter puniri debeant clerici, vel monachi, necnon & moniales Eccleſiarum conventualium, qui poſt latam ſententiam in locis ſuppoſitis interdicto præſumpſerunt hætenus, & adhuc etiam non verentur divina officia celebrare, quamvis propter hoc ſint excommunicationis vinculo innodati. Ad hoc breviter reſpondemus, quod clerici, qui talia præſumpſerunt, ſunt eccleſiaſticis beneficiis ^a ſpoliandi. Monachi verò, vel moniales in arctioribus monaſteriis ad peragendam ſunt pœnitentiam recludendi.

NOTÆ.

3. ^a *Spoliandi.*] Et hodie clerici violantes interdicti localis cenſuram ſcienter, manent irregulares, *cap. is qui 18. cap. is cui 20. de ſent. excom. lib. 6.* docent plures congeſti à Leandro *de irregul. tract. 2. diſput. 21. quaſt. 10.* Sed cum in Eccleſia generaliter interdicta poſſint celebrari licite divina officia, ſervatis conditionibus præſcriptis *in cap. alma de ſent. excom. lib. 6.* inde non erit irregularis, qui eo modo celebraverit: immò etiam ſi una ex eiſdem conditionibus omittatur, non ideo incurritur irregularitas, eo quod non videtur gra-

ve peccatum omiſſio unius conditionis, ut tenent Torres *de cenſur. diſput. 49. dub. 5.* Gibalin, *de irregul. cap. 5. quaſt. 2. conſecl. 9. num. 22.* Dianap. 5. *tract. 10. reſol. 65.* Similiter irregularis non manet, ſi faciat actum non ſpectantem ad exercitium ordinis, veluti ſi pulſet campanas, januas aperiat, vel præbeat auctoritatem celebrationi divinatorum officiorum, ut cum aliis reſolvit Leander *de irregul. tract. 2. diſput. 23. quaſt. 6.* qui per totam illam diſputationem varios caſus reſolvit circa hanc irregularitatem ex violatione interdicti provenientem. De interdicto autem, & eius uſu nonnulla adduxi *in cap. 2. de his qua ſunt à Prælatiſ.*

CAPUT VIII.

Idem Decano, & Subdecano, ^a Piſta-vienſi, & P. Magiſtro Amico de Longo-vado, Canonico ^b Piſtagoricenſi.

Propoſuit olim dilectus filius Magiſter P. clericus ven. f. n. Epifcopi Tuſculani, coram dil. fil. P. ſanctæ Lucie ad Septa Sol. Diacono Cardinali, quem ſibi, & Pœnitentiario ^c Lemovicenſi conſeſſimus auditorem, quod dil. fil. G. ſanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali in partibus illis Ap. Sedis legationis officio fungente, quidam de Lemovicenſibus Canonici ei humiliter ſupplicarunt, ut in eorum Eccleſia, quæ debito fraudabatur ſervitio Clericorum, Canonicos ordinaret, pro ſe, ac Magiſtro eodem ſcriptore noſtro preces ſpecialiter porrigentes. Ipſe verò Lemovicenſem civitatem ingreſſus

ingressus, Canonicos interpositis precibus monuit, ut illos reciperent in socios, & in fratres, maxime cum quinque præbendæ, vel quatuor ab ultima ipsius Ecclesiæ ordinatione vacassent. Qui monitione ipsa devotè suscepta, deliberationis inducias petierunt, post quas primò, & secundò concessas, non curantibus respondere, de duabus præbendis Lemovicen. Ecclesiæ Cardinalis prædictus eosdem clericos investivit. *Et infra*: Si verò probaret ipsum excommunicatum tunc temporis extitisse, non postponerent, quod de ipso factum fuerat, revocare. Qui mandatum Apostolicum exequentes, utriusque partis receptis testibus, rationibus, & allegationibus intellectis, eandem causam sufficienter instructam ad nostrum remiserunt examen. Cum autem propter hoc tam sæpèdictus Magister, quam Pœnitentiarius in nostra fuissent præsentia constituti, & acta ipsa inspicere fecerimus diligenter, & per Pœnitentiarii testes intellexerimus factam fidem, quod Vv. fr. noster Lemovicen. Episcopus pluribus annis antequam Magister P. fuerit investitus, & clericos, & burgenses castri Lemovicensis, atque eundem P. nominatim, quem eorum dicebat consiliarium, & fautorem, vinculo excommunicationis astrinxit. Per testes verò Magistri P. probatur, quod et si dictus Episcopus in burgenses, & eorum fautores, tam clericos, quam laicos Lemovicen. excommunicationis sententiam protulisset; eos tamen ante per tres annos absolvit, quam Magister fuerit investitus, quibusdam presbyteris usque ad certum tempus in excommunicatione retentis, qui contra sententiam interdicti præsumperant celebrare; quodque idem Episcopus dicto Magistro communicavit postea in Ecclesia, & mensa. His igitur, & aliis, quæ utraque pars proposuit coram nobis, intellectis, quia juxta mandati nostri tenorem superscriptum Magistrum P. investituræ suæ tempore à prædicto Episcopo excommunicatum extitisse dictus Pœnitentiarius sicut obtulerat, non probavit, cum ex adverso de absolutione, & communicatione dicti Episcopi fides fuerit facta, quod per dictum Legatum de memorato Magistro P. factum est, de fratrum nostrorum consilio per diffinitivam sententiam duximus approbandum.

NOTÆ

I. *Pitavien.* Ita etiam legitur in quarta collectione, *sub hoc tit. cap. 1.* non autem reperitur hæc epistola inter editas à Sirleto, & Boschetto, quare ejus integrâ caremus. De Pictaviensi diœcesi nonnulla adduxi in *cap. 20. de rescript.* Similis autem missa Petro Canonico Lemovic. reperitur in editione Bosqueti *lib. 1. reg. epist. 201.* quam ut conferas cum præsentî libenter transcribo: [Proposuit dudum coram dilecto filio P. S. Lucæ ad Septa Solis Diaconò Card. quem tibi, & Pœnitentiario Lemovicen. concessimus auditorem: Quod cum dil. fil. nostro G. sanctæ Mariæ in Porticu Diacon. Cardin. tunc in partibus illis Ap. Sed. Legato, quidam de Lemovicen. Canonicis supplicassent, ut in eorum Ecclesia, quæ debito fraudabatur servitio, clericos ordinaret, pro te ac Magistro A. scriptore nostro preces specialiter porrigentes, Lemovicen. civitatem ingressus, canonicos interpositis precibus monuit, ut vos reciperent in socios, & in fratres, maxime cum quinque præbendæ, vel quatuor ab ultima ipsius Ecclesiæ ordinatione vacassent. Qui monitione ipsius devotè suscepta, deliberationis inducias petierunt: post quas primò & secundò concessas, eis non curantibus respondere, de præbendis Lemovic. vos inuestiuit Card. prædictus, stallum in choro, & locum in Capitulo vobis præcipiens assignari: quod quorundam impediende malitiâ, non extitit executioni mandatum. Unde cum instantia postulastis, ut quod à Legato factum fuerat, faceremus firmitatem debitam obtinere. Verùm Pœnitentiarius proposuit ex adverso, quod antequam Legatus præbendas contulisset eadem, Lemovicen. Capitulum ab ejus gravamine appellavit, tam Episcopi, quam multorum Canonicorum Le-

movicen. qui erant in exercitu contra Hereticos; absentiam allegando. Asseruit insuper facultates Ecclesiæ diminutas, & vos sufficienter in aliis Ecclesiis præbendatos: proponens te fore simoniacum, & ingratum Lemovic. Ecclesiæ, ac eo tempore, quo fueras de præbenda Lemovicen. Ecclesiæ investitus, excommunicatum ab eodem Episcopo extitisse. His aurem, & aliis per Cardinalis relationem auditis, cum convenissemus postmodum eundem Pœnitentiarium per nos ipsos, per responsiones ipsius cætera esse frivola, præter id, quod de sententia excommunicationis contra te proposuerat, intelleximus evidenter. Vnde ven. f. n. Archiepiscopo, & dilectis filiis Magistro M. Canonico Bituricen. & H. Cellerario S. Frontonis Petragoricens. dedimus in mandatis, ut nisi Pœnitentiarius infra mensem post commotionem eorum, te legitime à sæpèfato Episcopo tempore investituræ tuæ excommunicatum fuisse probaret, quod per dictum Legatum de te factum extiterat, sublato ap. ob. confirmarent. Si verò probare te excommunicatum tunc temporis extitisse, non postponerent quod de te factum fuerat, revocare. Qui mandatum Apostolicum exequentes, utriusque partis receptis testibus, & confessionibus, ac allegationibus intellectis, eandem causam sufficienter instructam ad nostrum remiserunt examen. Cum autem propter hoc nuper tam tu, quam dil. fil. G. Lemovic. Capituli procurator, in nostra fuissetis præsentia constituti, & acta ipsa inspicere fecerimus diligenter, per Pœnitentiarii testes intelleximus factam fidem, quod Lemovic. Episcopus pluribus annis antequam tu de præbenda jam dicta fueris investitus, Clericos, & Burgenses Castri Lemovicen. & te nominatim, quem eorum dicebat consiliarium, & fautorem, vinculo excommunicationis astrinxit.

Per testes verò tuos extitit manifestè probatum, quod etiam dictus Episcopus in burgenles, & eorum fautores excommunicationis sententiam tulerit, & tu apud Sedem Apostolicam adjutor extiteris eorundem: idem tamen Episcopus generaliter universos burgenles, & eorum fautores, tam clericos, quam laicos, ante tres annos absolvit, quibusdam presbyteris usque ad certum tempus retentis, qui contra interdicti sententiam præsumperant celebrare; quodque idem Episcopus tibi communicavit postea in Ecclesia, & in mensa. His igitur, & aliis, quæ fuerunt hinc inde proposita, intellectis, quia juxta mandati nostri tenorem investitura tuæ tempore à præfato excommunicato Episcopo extitisse dictus Pœnitentiarius, sicut obtulerat, non probavit: cum ex adverso de absolutione, ac communiōne dicti Episcopi fuerit facta fides; quod per dictum Legatum de te factum est, de tractum nostrorum consilio per definitivam sententiam duximus approbandam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ definitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, & c. usque *incursum*. Datum Lateran. IX. Kal. Februarii P. N. anno XIII.

b *Petragoricen.*] Petragoricensis urbs est in Gallia, ad fines Aquitanie secunda, sita in alpina, moiesaque regione, quæ à petris nomen videtur accepisse. Habuit Ecclesiam Cathedralē jam à primis Ecclesie sæculis, cujus Præfulum feriem retulit Chenu in *Chronol. Gallie*.

c *Lemovicen.*] Quæ Ecclesia etiam est in Gallia, ut jam notavi in *cap. 17. de majorit. & obed.*

d *Burgensibus.*] De Burgensibus egi in *cap. Abbas, de his quæ vi.*

COMMENTARIUM.

2. IN hoc textu, & in *cap. postulasti*, supra hoc titulo; agitur de excommunicatis electis ad beneficia ecclesiastica; & in utroque docetur, excommuni-

catum tempore, quo persistit in ipsa excommunicatione, incapax esse beneficii ecclesiastici; immo collationem ipsi factam ipso jure nullam esse. Ratio in promptu est, quia beneficium præcipue datur propter officium: *cap. cum secundam de prob. cap. final. de rescript. in 6. cap. concessa 12. quest. 2. cap. generaliter 16. quest. 1. cap. ex literis, de excessib. Prælar.* ideoque cum excommunicatus sit ipso jure suspensus ab officii executione, incapax quoque est beneficii, quod propter officium datur. Accedit, quia communicatio cum excommunicato prohibita est, *cap. cum excommunicato 11. quest. 3.* dicemus latè in *cap. significavit, de sent. excom.* sed collatio beneficii fieri non potest sine communicatione, *ditto cap. postulasti*. Ergo excommunicatus incapax est collationis beneficii, ut probant præsentem doctrinam variis ampliationibus, & limitationibus exponentes plures congesti à Barbosa in *præsent.*, & *lib. 3. juris eccles. cap. 13. num. 136.* Riccius *lib. 4. de jure person. cap. 6. per totum.* Jul. Labor. *de elect. canonic. cap. 16. num. 85.* Petrus Gregor *lib. 4. partit. tit. 16. cap. 7.* Suarez *de censur. disput. 13. sect. 1. Castropalao tom. 6. disp. 2. punct. 10.* Hieronymus Garcia *tom. 2. polit. regul. tract. 9. diffinit. 4. dub. 5.* Valens de beneficiis *tit. 21. per tot.* Cironius *ad tit. de elect. Tapia 2. tom. catena mor. lib. 5. quest. 5. art. 9.* Tantum potest optare beneficium, quia id in facto constitit, nec mutatur titulus, ut probant Valens *ubi supra, num. 11.* Moëz in *cap. final. de consuet. lib. 6. num. 10.* Nec obstat, quod excommunicatus non gaudet fructibus beneficii, *cap. pastoralis, §. verum, de appellat.* quia optio non spectat propriè ad fructus. Nec etiam contrarium probat textus in *cap. referente 7. de prob.* quia in ejus specie absolutio necessaria non fuit ad validitatem optionis; sed quia erat excommunicatus, ob eandem causam, quæ pendebat coram Pontifice, juxta textum in *cap. prudentiam, §. 6. de offic. deleg. cap. venerabili 6. de sent. excom. lib. 6.* Videndus est Fr. Hieronymus Garcia *ubi supra*, qui fusè de hac incapacitate excommunicati ad beneficia agit.

CAPUT IX.

Gregorius I. & I. *Canonicis a Pragensibus.*

Apostolica Sed. *Et Infra:* Verum quia tempore suspensionis **b** ignari **c** celebrasti divina, vos reddit ignorantia **d** probabilis excusatos. Caterum si fortè ignorantia **e** crassa, & supina, aut erronea fuerit, propter quam dispensationis gratiæ egeatis, eam vobis de benignitate Apostolica indulgemus.

NOTÆ.

a *Pragensibus.*] Ita etiam legitur in *cap. ad Apostolica, de except.* ubi extat alia pars hujus Decretalis, ut jam ibi notavi pro vera hujus textus inscriptione.

I. **b** *Ignari.*] Ignarus est, qui ex toto nescit, quod scire debebat, ut *ex cap. ult. 37. dist.* docent Anton. & Panor. *in præsent. num. 4.* juxta quos ignorantia differt à nescientia, quod ignorantia propriè est ignorare ea, quæ quis scire debet; nescientia verò est quando quis ignorat, quæ scire non tenetur. Et ignorantia semper sumitur in malam partem pro eo, quod quis scire debet, & ignorat, *cap. 1. 38. dist. cap. ideo 15. §. 1. 37. dist.* Sed licet hæc duo ut diversâ proponantur in *l. ult. C. per*

quas personas, tamen promiscuè ponuntur in *l. 2. ff. quis ordo in bonor. possess.* docet Costa *de facti sciant & ignor. inspect. 80. num. 10.* Etiam error differt ab ignorantia, *l. si me in vacuum 34. §. 1. ff. de acquir. possess.* Error enim tantum datur, cum quis aliud pro alio putat, seu credit unum, quod est aliud, *cap. in quibus 6. 22. quest. 2. cap. quamvis 11. 34. dist. l. error ff. de juris & facti ignor. ubi Curac. Gilkenus de præscript. part. 2. memb. 1. cap. 3. num. 4. & 5.* Denique dubitatio datur quando quis inter scientem, & ignorantem medius, & dubitans est, *l. si quis 41. ff. ad leg. Aquil. l. de status 15. ff. qui testam. a. l. qui in aliena 6. §. si is qui putabat, ff. de acquir. heredit. l. final. Cod. de condit. indeb.* Costa *dicta inspect. 80. num. 10.* Ignorantiam variè describunt Marcellus Ficinus *ad Platonem*, Donellus *lib. 1. comment.*

comment. cap. 18. Bajo-Arroyo in repetit. ad textum in cap. 2. de constit. in 6. Giphanius in l. 10. Cod. de jur. & fact. ignor. Bronchorst. cent. 2. assert. 36. Hunnius ad Treutl. volum. 1. dist. 22. quest. 15. Corranus ad Treutl. volum. 1. dist. 22. quest. 15. Corranus in dict. l. 10. & communiter diffini solet, ut sit simplex privatio scientiæ. Etiam variè dividitur per Interpretes ex parte objecti, seu materiæ: alia est ignorantia juris, alia verò facti, prout dividit, & utriusque exempla adducit Consultus in l. 1. ff. de jur. & fact. ignor. c. turbatur 12. §. notandum, cap. ult. l. 9. 4. Ignorantia juris datur eo casu, quo lex, vel prohibitio ad hominis notitiam non pervenit. Ignorantia verò facti, quando ex actione hominis aliquod factum resultat, quod nec prævidum, nec cogitatum fuit. De utraque ultra supra laudatos agunt Cujac. in comment. ad tit. ff. de jur. & fact. ignor. & lib. 44. Pauli ad edit. in l. 1. ff. eod. & lib. 19. 99. Papin. in l. 7. ff. eod. & lib. 1. diffinit. 1. in l. 8. ff. eod. Duaren ad tit. Cod. de jur. & fact. ignor. Baptista Costa de facti scientia inspect. 81. num. 1. Ex parte subjecti dividitur ignorantia in eam, quæ quis ignorat, quod non oportet eum scire, & ideo appellatur ignorantia iusta, seu invincibilis, quia moraliter vinci, & expelli non potest; & in voluntariam, quæ ex voluntate procedit: & quia non est culpa, nec causa culpæ, inculpabilis appellatur in præfenti textu. Alia verò ignorantia est directè voluntaria, quæ affectata vocatur in cap. 2. de temporib. ordin. lib. 6. de qua Glossa verbo *Scienter*, in *Clem. unica de consanguin. & affin.* Alia verò est voluntaria indirectè, quæ scilicet procedit ex nimia negligentia, seu ob pravitatem magni desiderii, quando per eum stat, quominus oppositam scientiam habeat, quæ ideo appellatur voluntaria, vincibilis, simulata; injusta, non probabilis, & dissoluta à Papiniano in l. cum sex 55. ff. de adilit. edit. crassa, supina, & erronea in hoc textu, & in cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, cap. 2. de constit. in 6. l. nec supina 6. ff. de de jur. & fact. ignor. l. 4. ff. quod vi aut clam. Doceat Covarr. in cap. alma, 1. part. §. 10. n. 7. Suarez de cens. dist. 4. sect. 8. n. 4. Costa inspect. 81. ex n. 80.

His suppositis in hac materia, prima regula est, ignorantiam facti excusate tam in lucris, quam in damnis, l. 4. §. 9. ff. de juris & fact. ignor. l. 6. §. 7. C. de condit. indeb. l. 2. §. 15. ff. pro emptore, nisi in lege ipsa expressè caveatur de ignorantibus, ut in l. 1. §. 5. ff. de his qui deiecerunt, l. 1. C. de falsa monet. vel si quid intra continuum tempus jubeatur, l. 6. ff. de calumn. l. 5. Cod. ad leg. Jul. de adult. aut si ignorantia crassa sit, l. 6. ff. de jur. & fact. ignor. junctà l. palam 44. ff. de ritu nupt. c. penult. 37. dist. c. cum inhibitorio, §. 1. de clandest. despons. cap. eos, de tempor. ordin. lib. 6. aut nili lex exigat, ut fiat scienter, cap. à nobis 2. de except. cap. Episcopus 11. quest. 3. Clement unica, de consanguin. & affin. cap. 1. de eo qui cognovit. consanguin. uxor. l. final. Cod. de decret. ab ordine. Secunda regula est, ignorantiam juris regulariter nocere, præcipuè in lucris, l. in bonorum 10. ff. de bonor. possess. l. nunquam 31. ff. de usucap. l. penult. C. de his qui sibi adscribunt: non tamen in rebus amittendis, l. 5. ff. si quid in fraudem patroni; non autem nocet fœminis, rusticis, militibus, & minoribus, l. 1. l. 11. l. penult. ff. de jur. & facti ignor. l. final. C. de jure delib. l. 2. de in integr. restit. prosequuntur exceptiones, & ampliaciones harum regularum Donellus dist. lib. 2. ex c. 28. usque ad fin. & lib. 14. Bajo-Arroyo in dict. c. 2. de constit. in 6. & in hac parte observandi sunt textus in l. cum verò 26. §. 1. ff. de fideicommiss. libert. l. cum sex 55. ff. de

adilit. edit. l. 11. C. qui petant tutor. l. si Titio 48. ff. de fideiuss. l. 1. ff. de distract. pign. l. final. §. licet. ff. de publican. l. cum post 43. §. 1. ff. de administr. tut. l. 2. §. generatiter. ff. de doli except. l. 4. §. sin arbitrium. ff. eodem, l. si filius, in fine. Cod. si certum petatur. l. Papinians. ff. de public. l. Titius 25. §. ult. ff. de liber. & postb. l. si procuratorem 8. §. si ignorantes. ff. mandati. l. 21. §. ult. l. 37. ff. de edilit. edit. l. miles 11. ff. ad leg. Jul. de adult. l. 14. ff. de publican. juncto Cujacio in l. regula. ff. de jur. & fact. ignor. l. 2. ff. si is, qui testamento liber, l. cum filius 49. §. in hac ff. de V. O. l. 3. l. 11. ff. de positi, juncto Fabro decad. 25. error. 7. l. 5. §. si quis contra 2. ff. de legat. præstand. l. de die, §. servus, ff. qui satisd. cogantur. l. Divus. ff. ad leg. Corn. de falsis, l. 2. de jur. fisci, l. 5. §. 1. ff. de his, que ut indign. l. 12. ff. de novat. juncto Fabro lib. 12. coniect. cap. 11. l. 3. §. si quis ignorans, & §. si conditioni, l. propter 21. §. 1. ff. ad Syllan. l. 1. §. 2. ff. si quis omisa causa, l. 17. C. de his que ut indign. l. 11. in princip. ff. si quid in fraudem patron. l. 23. ff. de neg. gest. l. 87. ff. de leg. 2.

Illud tamen summè notandum est, ignorantiam facti non præsumi, l. quamquam 7. ff. ad Vellejan. l. qui se pupillum 46. ff. de acquir. heredit. l. quisquis 15. C. de rescind. vendit. cap. cum illorum 32. de sent. excom. argumento legis ultimæ. ff. pro suo: & ideo non est probabilis ignorantia, nec excusata, nili talis probetur, l. si heres 68. §. 1. ff. ad Trebel. Costa ubi supra, inspect. 85. num. 5, immò nec ignorantia facti alieni excusatur, quando ratione officii, vel alio respectu quis tenetur illud investigare, juxta legem qui cum alio 19. ff. de R. l. cap. turbatur, §. notandum 1. quest. 9. hæc enim crassa, & supina ignorantia judicatur, ex l. si duo 38. ff. de acquir. heredit. l. qui & divinis 24. 11. quest. 2. cap. final. 16. dist. cap. 2. de tempor. ordin. lib. 6. Ignorantia etiam juris naturalis, & gentium omnibus damnable est, cap. turbatur 12. §. item 1. quest. 4. cap. ideo 15. §. ult. cum sequent. 37. dist. cap. qui quando 10. 36. dist. & ideo non excusata delicto, nec à pœnis, l. si adulterium 18. §. quare, ff. ad leg. Jul. de adult. l. 2. Cod. de in jus voc. ex ratione textus in cap. si cupis 5. 16. quest. 1. Similiter & juris positivè ignorantia probabilis non est, quia quilibet patetfamilias potest per se, vel petiores consulendo scire, l. in bonorum 10. ff. de bonor. possess. l. 2. §. final. ff. quis ordo in bonor. possess. l. 2. l. regul. 9. §. sed juris, ff. de jur. & fact. ignor. quod si non faciat, culpabilis ejus ignorantia erit, ex cap. si culpa 9. de injuriis. Unde non excusatur in delictis, l. 1. dist. leg. regul. 9. l. 1. Cod. eod. tit. l. 1. ff. ad Macedon. l. fideiussor 29. §. 1. ff. mandati. l. liberorum 11. §. notatur. ff. de his qui notant infam. cap. 1. cap. si in laicis, cum sequent. 38. dist. dicto cap. notavit, §. item.

c. *Celebratis divina.*) Verbum celebrare, significat solenniter agere, cap. in his 30. de privil. cap. ut clericorum 13. de vita & honest. cleric. Verbum autem divina, significat divina officia, cap. 3. cap. 4. cap. illud 5. cap. Episcopus 6. cap. postulasti 7. §. ult. hoc tit. Clement. 2. de privileg. live diurnum, sive nocturnum, cap. si quis Episcopus 7. 1. quest. 3. cap. dolentes 9. de celebrat. missar. namque irregularis non est, nisi qui suspensione, aut aliâ censurâ ligatus divina celebrat, hoc est actus ordinis, vel aliquod munus illius ex officio, & solenniter obit, cap. 1. 2. §. 3. cum aliis. hoc tit. cap. 1. de re judic. lib. 6. cap. 1. cap. is qui 18. cap. is cui 20. de sent. excom. lib. 6. notavi supra in cap. 1. hoc tit.

d. *Probabilis.*) Probabilis ignorantia dicitur, quæ nititur iusta causa, l. Senatus 15. in princ. ff. de jure fisci, saltem probabilis, cap. sacro 48. §. eum, de sent.

sent. excom. quare & probabilis error dicitur in eodem textu, §. verum, ut contingit in presenti casu, si Canonici Pragenfes ignorarunt in eos latam fuisse suspensionis sententiam, ut docuit Innocent. in presenti; vel quia sententia publicè lata non fuit, & ideo ad ipsorum notitiam non pervenerat, argumento capitis illud §. vers. Unde, hoc rit. vel si generalis fuit lata sententia, & publicè, attamen cum ea sibi lateret, non fuit illis denunciata, cap. 1. de postul. Prælator. ut affirmat Hostiensis in presenti, num. 3. Quâ ratione etiam probabilis ignorantia iudicatur, quando quis ignorat, quæ scire non tenetur, quia non spectant ad proprium officium illius, cap. turbatur 19. §. notandum 1. quæst. 4. aut si tenetur scire, adhibita diligentia non potuit, nec per ipsum stetit quominus sciret. Suarez de censur. disp. 4. sect. 3. num. 12. Marius Alterius lib. 3. de censur. disp. 2. cap. 3. Costa de fact. ignor. in sect. 81. num. 22. nec requiritur quod quis sit multum curiosus in sciendo, dummodo non sit nimis desidiosus, ut ex lege nec supina 6. ff. de jur. & fact. ignor. docent in presenti Panoimit. num. 2. Ancharanus num. ult. Quanta autem, & qualis debeat esse huiusmodi diligentia, ut probabilis ignorantia dicatur, facillè diffiniri non valet: quare iudicis arbitrio relinquitur, ut docent Marius Alterius ubi supra, Hugolinus de censur. tabul. 1. cap. 14. §. 1. num. 12.

6. *e Crassa, & supina) Id est injusta, & improbabilis, de qua in cap. 1. & 2. de ordinat. ab Episcopo, cap. 2. de constit. lib. 6. l. nec supina 6. ff. de jur. & fact. ignor. l. 4. ff. quod vi aut clam. Et dicitur dissoluta ignorantia in l. cum lex 55. ff. de adit. adit. dissoluta negligentia, l. si fidei iussor. 29. ff. mandati: ignorantia de perdit. seu nimum securi in l. 3. ff. de jur. & fact. ignor. & versatur circa factum, l. eam 43. §. 1. ff. de contrahend. emptio. veluti quando aliquid publicè fit, & omnes de civitate sciunt; ille verò ignorat. Glossa verbo Cùm itaque, in summa, 8. dist. & verbo Crassa dist. cap. 1. de ordinat. ab Episcopo: & hæc ignorantia lata culpæ æquiparatur, l. late 223. ff. de V. S. prope dolum est, l. si fidei iussor 29. ff. mandati, l. 2. §. generaliter ff. de dol. except. l. 11. ff. de incend. & ruina. ex ratione capitis excellentissimus 102. II. quæst. 3. habet enim plurimum voluntatis, quia idem est scire, ac posse scire, l. si duo 38. ff. de acquir. heredit. l. 7. §. servus meus. ff. pro emptore: ideo non excusat à delicto, nec à pœnis ipsius, in cap. 1. in fine, de ordinat. ab Episcopo. docent plures relati ab Amaya lib. 1. observ. cap. 3. num. 9. nec ab excommunicatione, cap. 2. de constit. lib. 6. nec ab irregularitate, ut ex hoc textu constat. Sed quia quamvis hæc ignorantia non excuset à peccato, tamen ita minuit ejus malitiam, ut non maneat in eadem specie, quia potius hi Canonici celebrarunt cum nimia negligentia, quam ex contemptu, & præsumptione, ut probarunt Covarr. ubi supra, num. 17. Hugolinus de censur. tabul. 1. cap. 14. §. 1. num. 26. & 27. Suarez de censur. disp. 4. sect. 9. num. 17. & sect. 10. num. 1. merito ergo illis, si ex hac ignorantia celebrarunt, de benignitate Apostolica dispensationis gratiam Pontifex indulget, ut ex eadem ratione conceditur in cap. consuetudo §. signari 8. dist. cap. quoniam multos 1. quæst. 3. Hanc autem nisi Romanus Pontifex concedere non valebat, ut ex hoc textu deduxerunt Glossa finalis, & Hostiensis hic, num. 4. & probatur ex cap. 1. in fine, cap. is qui 18. §. 1. de sent. excomm. lib. 6.*

EX hoc textu sequens communiter deducitur assertio: *Suspens. vel excommunicati per ignorantiam celebrantes, irregularitatem non incur- rant. Probat eam textus in c. 1. de postul. Prælat. dicitur, cap. is cui 18. ubi Glossa verbo Scienter, de sent. ex- G. com. lib. 6. l. 21. tit. 9. part. 1. Illustrant eam Suarez de censur. disp. 1. sect. 3. Marius Alterius eod. tract. lib. 2. c. 4. Sayrus in thesauro, lib. 7. c. 9. Costa de fact. scientia disp. 4. n. 4. Garcia de benefic. part. 11. c. 10. Covarr. in alma, 1. part. §. 6. Cornejo de irregul. disp. 6. dub. 3. Avila eod. tr. disp. 2. dub. 7. conclus. 1. Diana p. 4. tr. 2. resol. 85. Hurtado de irregul. disp. 1. difficult. 8. Leander eod. tr. disp. 4. tract. 1. q. 2. & 3.*

Sed hæc assertio difficilis redditur sequenti juris consideratione; nam ad irregularitatem contrahendam propter delictum non attenditur scientia, vel ignorantia, sed an factum sequutum sit, ut constat ex c. 1. & 2. de ordin. ab Episc. qui renunc. ubi assertitur, necessariam esse dispensationem ad ordines exercendos, eo casu, quo quis ex probabilis ignorantia ordines sacros suscepit ab Episcopo, qui simul renunciavit & loco, & dignitati; vel ab Episcopo excommunicato: quod etiam de ordinatis ex probabilis ignorantia à simoniacis probatur ex c. si quis à simoniacis 108. ibi: *Misericorditer sustinere, 1. q. c. ab excommunicatis, cap. obordinationes 9. q. 1. Igitur qui celebravit verè suspensus, aut excommunicatus, etsi ignorans, irregularitatem incurrit. Augetur hæc dubitandi ratio ex eo, nam excommunicatio, etsi ita gravis censura sit, tamen ab ignorante incurritur, c. si quis Episcopus 6. & 7. ibi: *Maximè, cap. quoniam, cap. multos 103. cum antecedenti, 11. q. 3. Ergo facilius irregularitas incurritur ab eo, qui verè suspensus, seu excommunicatus, divina officia, etsi per ignorantiam, celebravit.**

Quâ dubitandi ratione minimè obstante, vera est præsens assertio, pro cuius expositione sciendum est, suspensionem dictam esse à verbo suspendo, quod est sursum pendere, atque incertum, & dubium esse. Hugolinus de censur. tabul. 4. cap. 17. §. ult. Suarez de censur. disp. 29. in principio. quo verbo licet aliquando interdictum ab Ecclesia ingressum significetur, ut in c. 1. de sent. excom. lib. 6. aliquando impedimentum utendi aliquo temporali munere, seu officio, ut in extravag. unic. Joan. XXII. de sent. excom. vulgò tamen accipit solet pro quadam pœna ecclesiastica, quâ quis omnino non removetur ab officio, vel beneficio, sed interim exercere, vel habere non permittitur: quâ pœnâ legimus utum fuisse Julianum Apostaram episc. 26. ubi dum de puniendi ethnico sacer dote agit, ait: *Ne quod eorum, que ad sacerdotem pertinent, tribus totis mensibus attingat.* Suspendus namque ab officio, vel beneficio nec beneficio privatur, nec munia officii potest obire, nec fructus beneficii percipere, c. de rejudic. lib. 5. c. 2. de solut. extravag. ambitiosè, de rebus Eccles. & ideo quia interim pendet suspensus jus, & quodammodo in incerto est, pœna hæc suspensio appellatur; quo nomine utuntur Patres, & Concilia, quæ post quintum, & sextum nascentis Ecclesie sæculum fuerunt. Constat ex Concil. Aurel. 5. can. 5. & 17. ibi: *A communione ecclesiastica suspendatur.* Et ex Felice II. episc. 2. ibi: *Nec à communione suspendatur.* Habuit etiam huiusmodi suspensionis nomen tuas phrasas, atque periphrales. Quandoque vocabatur cessatio ab officio, ut in Concilio Aurelian. 3. can. 25. ibi: *Tamdiu à sacrificando cessabit.* Quandoque ab officio remotio, vel sequestratio, ut in Concilio

celio Brachar. 3. can. 1. ibi: Tanto tempore ab officio removeantur. Toletano 3. can. 11. ibi: Tribus mensibus ab officio suo sequestretur. & Aurelian. 3. can. 6. Sex mensibus à celebrandis officiis sequestretur. In aliisque similiter prædictæ phrasæ præcesserunt. frequentius suspensionem, abstentionem, seu segregationem appellaverunt; & suspensos, abstentos, seu segregatos dixerunt, ut passim ex D. Cypriano constat, & ex Concilio Illiber. can. 53. ibi: A quo abstentur. Meldensi can. 10. Tribus mensibus à Missarum solenniis se abstineant. Arelat. 1. can. 3. ibi: Abstineri eos. Et can. 12. ibi: A communione abstineri. Tolet. 1. can. 15. ibi: Similiter si clericus abstinetur. Ex D. Cyrillo in epist. ad Episcopos Libye, & Pentapolis, ibi: Sin autem segregationem aliqui sustinuerunt. Et ex Apostolorum canonibus, in quibus crebrò observandum est verbum segregari, arceri, abstineri, suspendi. Inde apud eosdem canones legitur, suspensio. Verum tamen plures alias, diversaque rationes, & acceptiones habent apud Græcos, & apud Latinos abstineri, quàm suspendi, & segregari; ideo æquivocum valde verbum est abstineri, ut pluribus post D. Ferdinandum de Mendoza lib. 2. de confirmando Concilio Illiber. c. 8. pag. 29. littera S. docet Morinus dict. lib. 1. exercit. Eccles. exercit. 3. quem consulit, ut plura alia de suspensione discas.

Hæc censura communiter diffinitur, ut suspensio sit pœna impediens, ne persona ecclesiastica functiones ecclesiasticas exerceat, aliquæ potestate ecclesiastica utatur. Ad quam diffinitionem facile revocantur, quas tradunt Hugolinus tabul. 4. c. 10. Marius Alterius lib. 6. disp. 1. c. 1. Suarez de censur. disp. 25. sect. 1. nu. 2. Gibalinus eod. tr. disquisit. 1. g. 2. Suspendio dividitur, ut alia sit universalis, alia specialis, alia simplex, ut explicat Morinus d. lib. 2. c. 7. per totum; aliquando enim fit tantum ab officio, & non à beneficio, ut in c. 3. in fin. de usur. c. 2. de offic. deleg. lib. 6. Clement. 1. de rebus Eccles. Clement. 1. §. penult. de hæretic. Aliquando quidem ab omni ecclesiastico officio, quo nomine omnis spiritalis potestas ad aliquem spirituales actum exercendum comprehenditur, sive sit ordinis, sive jurisdictionis, sive etiam administrationis ecclesiasticæ. Suarez de censur. disp. 25. sect. 2. nu. 11. Unde talis suspensio non potest aliquem actum ordinis exercere, c. 2. hoc tit. cap. 1. in fine, de re judic. lib. 6. nec jurisdictionis, veluti conferre beneficia, c. 4. de concess. præb. c. unic. §. cum verò, ne fide vacante lib. 6. nec etiam eligere, cap. cum dilectus 8. de consuet. c. cum inter 16. de elect. Suarez disp. 26. sect. 1. aliquando fit tantum à parte officii, veluti quando suspenditur ab ordine, & non à jurisdictione, vel ab aliquo tantum ordine, veluti à sacerdotali, & non ab alio; vel è converso à jurisdictione, & non ab ordine, vel aliqua tantum parte jurisdictionis, ut in casibus relatis à Glossa verbo Suspendi, in Clementina cupientes de pœnis, Suarez de sect. 2. n. 14. Morinus d. lib. 2. exercit. 7. & 8. Gibalinus d. g. 2. Vel suspensio fit tantum à beneficio, & non ab officio, ut in c. cum in cunctis 7. §. final. c. nihil 44. de elect. Clement. 1. de vita & honest. cleric. vel ab officio, & beneficio simul, ut in cap. ex tuarum 11. de privileg. cap. 1. de schismat. clement. 1. de decim.

Deinde sciendum est, suspensionem ab officio, vel à beneficio, vel ab utroque simul, aut fieri ad tempus, veluti ad mensem, vel annum, vel duos, ut in c. cum in cunctis 7. §. final. de elect. c. 1. de re jud. lib. 6. c. 2. de temp. ordin. eod. lib. c. 1. de sent. excom. eod. lib. Clem. 1. §. 1. de hæretic. Clement. 2. de pœnis: vel donec

mereatur indulgentiam, ut in c. tam literis 33. de testibus. Concil. Aurel. 3. can. 25. ibi: Tandem à sacrificando cessabit, quamdiu legitimè penitentia satisfactione correctus, ad gradus sui officium redeat, quem amisit. Et tunc non est proprie censura ecclesiastica, sed delicti pœna, quia non respicit respicientiam in futurum, sed culpæ præteritæ punitivam: & ideo quo major fuerit culpa, eo diuturnior suspensio solet imponi. Vera enim, & propria censura non potest proferri ad certum tempus, sed ad reprimendam contumaciam, & ut homo à culpa recedat: quare non potest habere alium terminum, nisi donec recedat à culpa. Unde ut hæc suspensio imponatur, nec requiritur prævia monitio, nec ut tollatur, necessaria est absolutio, sed sufficit lapsus temporis pro quo imponitur absque alia absolutione. Ita Glossa verbo per mensem, in cap. sacro 48. de sent. excom. & verbo Donec in Clement. 1. de decim. Hugolinus d. tabul. 4. cap. 4. §. 2. Suarez disp. 25. sect. 1. nu. 3. suspensio verò, quæ est verè, & proprie censura, de qua agitur in cap. quarenti 20. de P. S. non habet temporis præfinitionem, requiritque monitionem, saltem illam, quæ includitur in illa conditione, si hoc feceris, vel nisi satisfeceris, ut in cap. presbyter 2. quæst. 5. cap. ex tua 1. §. final. de cleric. non resid. cap. 2. de purgat. canonic. cap. quia sepe 40. de elect. in 6. cap. final. de offic. ordin. eod. lib. cap. 2. de censib. eod. lib. Clement. 1. de decimis: & ut tollatur, necessaria est absolutio. Glossa verbo Suspendum, in cap. 2. de solut. Suarez supra, num. 3. quicquid velit Hugolinus dict. cap. 4. §. 2. num. 4.

Tandem ut ad præsentem textum accedamus, sciendum est, suspensum ab officio actum ordinis exercentem irregularem manere, sive tanquam censura suspensio imposita sit, sive tanquam pœna ad certum tempus; utraque enim privat sacro ministerio, & ideo ei, qui ita suspensus divina officia celebravit, irregularitas imponitur in cap. si quis Episcopus 6. cum sequenti 11. quæst. 3. cap. presbyter 2. quæst. 5. cap. 1. de re judic. lib. 6. cap. 1. cap. is qui 18. §. final. cap. is cui 20. de sent. excom. lib. 6. docent Suarez dict. disp. 26. sect. 1. num. 5. & sect. 2. ex num. 3. Covarr. in cap. alma. p. 2. §. 2. num. 3. Dianapart. 5. tract. 10. resol. 9. Leander. de irregul. tract. 2. disput. 22. sect. 5. Gibalin. eod. tract. cap. 5. Nec interest, an ab homine suspensio imponatur, an verò à jure; quia utroque casu suspensus celebrando irregularis efficitur, dict. cap. 1. de re judic. lib. 6. utraque enim suspensio ejusdem speciei est, & ideo utraque eundem effectum operatur: nec etiam aliquid interest, quod suspensus sit nominatim denunciatus, necne; namque etiam non denunciatus violando suspensionem manet irregularis, ut resolvunt Suarez dict. disput. 24. sect. 2. num. 2. Hugolinus tabul. ult. cap. 5. num. 2. quia in favorem excommunicati, vel suspensi nihil est immutatum per extravagantem ad evitanda. Etiam fit irregularis suspensus ad tempus, videlicet donec satisfecerit, seu pœniteat, ut docent Glossa verbo Suspendos, in cap. 2. de censibus lib. 6. Suarez dict. disp. 26. num. 5. quia sub ea forma vera, & propria suspensio imponitur, & ideo de hoc casu immeritò dabitur in cap. final. hoc tit. Innoc. num. 2. Hostiensis num. 4. Anton. num. 12. Etiam irregularis efficitur suspensus ab ordine tantum, si per exercitium ipsius gradus violet censuram. Suarez dict. disp. 26. sect. 4. num. 19.

Hæc tamen doctrina procedit in vera, & propria suspensione qualis dicitur, suspensio quoad se, & quoad alios; non verò in suspensione impropria, quæ.

I2.
Suspendi
sus ce-
lebrans
fit irre-
regularis

I3.
Excep-
tiones
predi-
cte re-
propria,
quæ.

propria, qualis est suspensio quoad se tantum, non verò quoad alios, quæ resultat ex peccato mortali: nam quamvis peccator celebret in eo statu, non fit irregularis, *cap. final. de cohabit. cleric.* quia peccatum mortale non est pœna, nec censura ecclesiastica; & peccator quamvis quoad Deum non licite celebret, tamen ab Ecclesia non est irregularitas in eum statuta. Docent Sylvester *in summa verbo Suspensio, num. 1.* Suarez *de censur. disp. 25. sect. 1. num. 2.* Item nec suspensio quoad alios tantum, non quoad se, ut sunt clerici peregrini, non habentes litteras formatas, aut probationem suæ ordinationis; nam hi non possunt celebrare, propter defectum probationis, nisi secerent, & secluso scandalo, *cap. tua. de clericis peregrinis, ubi probavi.* Similiter suspensus ab officio si non actum ordinis, sed tantum jurisdictionis, vel administrationis exerceat, non ideo erit irregularis, quia suspensio tantum respicit actus ordinis, non verò jurisdictionis, licet si ita suspensus violet censuram, arbitrio judicis puniatur forte privatione jurisdictionis in perpetuum, argumento capitis 1. *§. ult. cap. cupientes 16. §. caterium, de elect. in 6. cap. ult. de excessib. Prelat. cap. sicut 4. de cohabit. cleric.* Idem erit dicendum, si quis non ab officio, sed tantum à jurisdictione, vel ab aliquo actu illius fuerit suspensus, quia nec exercendo talem actum illi interdictum, irregularis manet. Suarez *dict. disp. 26. sect. 4. num. 19.* Nec etiam erit irregularis si suspensus tantum à beneficio, & non ab officio, fructus percipiat, quia ille officium exercere valet, quamvis violando suspensionem perpetuo beneficio privetur, juxta textum *in dist. cap. 1. §. ult. cap. cupientes 16. §. caterium, de elect.* Similiter non est irregularis, qui in ordinibus suscipiendis contrahit suspensionem, & simul concelebrat cum Episcopo, Epistolam, vel Evangelium cantando, quia talis actio moraliter est eadem, & non tam violatur, quam contrahitur censura suspensionis. Diana *part. 5. tract. 10. resol. 37.* Leander *de irregul. tract. 2. disp. 22. quest. 15. & 14.*

14. Ex quibus apparet, verba illa præsentis textus, quia tempore suspensionis, rectissime accepisse Innocentium in præsentem de suspensione ab officio, non verò de suspensione à jurisdictione, vel administratione, quæ actum ordinis non includunt, ut significant illa verba nostri textus, *celebrasti divina.* Et etiam intelligi possunt hæc verba de suspensione tantum ab ordine, vel ab aliquo actu ordinis, quia in hoc casu suspensus celebrando irregularitatem incurrit: immò & de suspensione simpliciter prolata ab officio, aut beneficio, vel ab utroque simul, quo modo sæpe sapius fertur, *cap. sanè 11. de offic. deleg. cap. cum bone 8. de etate & qualitat. cap. ut clericorum 13. de vita & honest. cleric. cap. unic. de his que vi, lib. 6. Clement. 1. §. de privil. extravag. 3. eod. tit. inter communes.* Nam si hæc comprehendat suspensionem tantum ob officio, quæ per antonomasiam suspensio appellatur, ut argumento dicti capitis *ut clericorum*, existimantur Glossa verbo *suspensionis, in dict. Clement. 1. §. 1. de privileg.* & ibi Ancharanus *num. 22.* Cardinal. *num. 5.* si ve suspensionem ab officio & beneficio simul, ut argumento dicti capitis penultimi, *de sent. excom. cap. unic. de his que vi*, tenuerunt Glossa ibi, verbo *Suspensionis*, Hugolin. *de censur. tabul. 4. cap. 14. §. 1. nu. 2.* & probabilius credit Suarez *dict. sect. 2. num. 9.* semper si ita suspensus celebravit, & actus ordinis

prohibiti exercuerit, erit irregularis: quod facile probatur ex hoc textu, si illa verba tempore suspensionis, de suspensione simpliciter prolata intelligamus, si ve de suspensione ab officio, & amotione à beneficio; qualiter latam fuisse sententiam in hos Canonicos constat *ex cap. Apostolica 9. de except.* Sed ideo amotio à beneficiis in capite hoc omittitur à Gregorio, quia cum de irregularitate tantum ageret, ideo de ea decrevit. Etiam hæc verba, tempore suspensionis, intelligi possunt de suspensione, quæ non imponitur tanquam censura, sed tanquam pœna ad certum tempus; quia etiam hoc casu (ut diximus) qui celebrat durante suspensione, irregularis efficitur: aut etiam possunt intelligi de suspensione, quæ est censura ecclesiastica, nec habet tempus præfinitum; & tunc illa verba, tempore suspensionis, significant, hoc est, dum durat suspensio, seu ante absolutionem à suspensione.

His suppositis apparet ratio præsentis decisionis; nam cum hæc irregularitas contrahatur à Traditione suspensio propter delictum, quod clericus committit contemnendo ex superbia, & ausu temerario censuram Ecclesiæ, & per consequens claudens vis ipsius ecclesiasticam potestatem, *cap. si quis ratis Episcopus 6. & 7. 11. quest. 3. cap. Salonitane, 63. dist. cap. 2. 3. & 4. hoc tit. & qui operatur ex probabili ignorantia, non procedat ex contemptu, l. si ignorans 50. ff. locati;* quia non ex voluntate facit, nec ex consensu, ut probat Covarr. *in cap. alma, 1. part. §. 10. num. 12. in princip.* & ideo non peccat, nec delictum committit, *cap. 1. cum sequente. 11. quest. 4. cap. 2. de constit. lib. 6. l. final. ff. de leg. 1. l. illud 7. §. si amem, ff. de tributor. mentio in præsentem specie Canonici ex ignorantia celebrantes irregularitatem non incurrun, quia excusantur ob ignorantiam, quæ & ab aliis pœnis excusatur, l. genero 8. l. liberorum 11. §. notatur. ff. de his qui notantur infam. l. Metrodorum 40. ff. de pœnis, l. ult. ff. de decret. ab ordine faciendo, cap. si quid de simoniaci 108. 1. quest. 1. cap. si quis 8. cum duobus sequentibus. 34. quest. 2. cap. proposuisti. ad finem 42. dist. cap. 2. de cognat. spirit. cap. ult. qui matrimonium accusare, cap. si vero 4. de sent. excom. cap. 2. de constit. lib. 6. cap. si compromissarius 37. de elect. eod. lib. 1. tutor. 16. §. contrariam, ff. de ignorat. l. si quis 7. §. doli. l. si familia 9. ff. de jurisdic. docent Menoch. lib. 2. de arbit. cent. 6. casu 501. Marefcotus lib. 1. variar. cap. 127. plures relati ab Amaya lib. 1. observ. cap. 2. num. 1. & cap. 3. Costa de falsi scientia inspect. 85. quam rationem præsentis assertionis adduxerunt Henricus *in cap. final. num. 1. hoc titulo.* Suarez *disputat. 4. sect. 8. numer. 6. & sect. 11. num. 9. & sect. 1. disput. 11. numer. 2. & disput. 26. sect. 2. num. 3.* Marius Alterius lib. 3. de censur. disput. 2. cap. 3. qui idem admittunt eodem casu, quo quis tempore excommunicationis, vel interdicti cum probabili ignorantia celebravit: unde non rectè Costa *dict. inspect. 85. num. 6.* existimavit, quod quamvis ignorantia probabilis excuset à peccato, non tamen excuset ab irregularitate, quia in eam quis incidit etiam ignorans, & præter intentionem, ut *in cap. sententiam, ne clerici, vel monachi;* namque id non procedit in ea irregularitate, quæ provenit ex delicto, qualis est ea, de qua agimus, quæ non incurritur cum probabili ignorantia.*

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, pro
 cuius solutione Glossa in presenti, Hostiensis &
 Henricus existimant, quod ignorantia proba-
 bilis aliquando non excusat a suspensione, ali-
 quando excusat, scilicet quando cessat peccatum:
 sed non explicant, quando unum, vel quando
 alium effectum ignorantia probabilis operetur;
 quare hac sententia omisa, & aliis relatis a Patre
 Suarez de censur. disput. 31. sect. 1. ex num. 10. di-
 cendum est, verum esse ordinatum ab Episcopo,
 qui renunciavit simul loco, & dignitati, licet
 characterem ordinis recipiat, non tamen execu-
 tionem, seu exercitum ipsius gradus assequi, quia
 quod Episcopus non habet, alii conferre non po-
 test, cap. Daibertum 24. x. quest. 7. cap. quod autem 5.
 de iur. par. 1. & ignorantia probabilis eius, qui
 ordinatur, non potest dare exercitum ordinis ei,
 qui non habet, ut recte docet Suarez ubi supra:
 & quemadmodum Episcopus ut characterem im-
 primat, indiget characterem; ita ut characterem
 imprimat cum exercitio, oportet ut ipse illum ha-
 beat cum executione; nam quemadmodum ex
 institutione divina ut character imprimatur in ordi-
 nato necessarius est character in Episcopo; ita
 ex institutione ecclesiastica, ut characterem cum
 executione conferat, oportet ut illum Episcopus
 habeat cum executione; quem quia non habet
 qui loco simul, & dignitati renunciavit, utique
 illum cum exercitio conferre non potest, sive scien-
 ter, sive ignoranter ordinatus ordines recipiat;
 quia hoc provenit ex defectu potestatis in mini-
 stro. Quare ordinatus a tali Episcopo, ut possit in
 gradu suscepto ministrare, indiget vera, & pro-
 pria dispensatione; quæ ei, qui scienter a tali Epil-
 copo ordines recipit, denegatur, ex ratione quam
 adducit Pontifex in d. cap. 1. de ordin. ab Episcop.
 Cum eo autem, qui ignoranter ordines ita recipit,
 potest Episcopus dispensare, sed cum discretionem,
 si modo ex circumstantiis intelligat, quod non
 crassa, & supina ignorantia intercessit, sed iusta,
 & probabilis, quæ qualis sit, ejus arbitrio com-
 mittitur. Eadem ratione procedunt textus in cap.
 2. cod. tit. de ordinat. ab Episcop. cap. ab excommuni-
 catis 9. q. 1. qui loquuntur de clericis, qui ab Epil-
 copo excommunicato ignoranter ordines receperunt;
 namque excommunicatus Episcopus, quamvis
 validè ordines conferat, ut probat Hugolinus
 de censur. tabul. 1. cap. 13. §. 16. num. 5. attamen pa-
 riratione, quia dum durat excommunicatio, non
 habet suorum ordinum executionem, utique illam
 ordinatis a se conferre non potest; idè necessa-
 ria est dispensatio, ut ita ordinatus in gradu sus-
 cepto ministrare possit. Eodem modo intelligen-
 dus est textus in cap. ordinationes 9. quest. 1. ubi ver-
 ba illa: Irritas esse judicamus, accipienda sunt quo-
 ad executionem, quam quia hæresiarca non ha-
 bet, ordinatis a se conferre non potest; quare di-
 spensatione indigent, & eam assequuntur, si pro-
 bare voluerint, se nesciisse, Episcopos damnatos
 esse, cum ordines receperunt. Eodem modo acci-
 piendi sunt textus in cap. statimus 106. vers. Hoc
 autem, cap. statimus 107. §. simoniacos, & §. de
 hoc, cap. a simoniacis 108. 1. quest. 1. Alia causa
 est ejus, qui tempore suspensionis ex probabili
 ignorantia celebrat, quia hic absque delicto, &
 peccato non potest effici irregularis, nec priva-
 ri usu sui ordinis jam quæsito; quia ut inquit
 Suarez de del. numer. 12. quando irregularitas, seu
 suspensio habet rationem pœnæ, non potest
 quis illa puniri, nisi ob culpam, quæ cessat in

eo, qui celebrat ex probabili ignorantia, quia
 in eo non datur contemptus, & cessat dolus,
 leg. illud 7. §. si tamen, ff. de tributoria, l. miles 6.
 §. si mulier, ff. ad leg. Jul. de adult. & per conse-
 quens delictum, l. statum liberum 9. §. 1. ff. de statu
 lib. 1. si quis 5. in fine princip. ff. de O. & A. Ale-
 xand. requirit scientiam, ut in cap. Episcopus 11. q.
 3. Clement. unic. de consang. & affin. cap. 1. de eo qui
 cog. consang. l. fin. de decret. ab ord. faciend. quia
 probabiliter ignorans est in bona fide; & idè
 non punitur, quasi crimen admiserit, l. si adule-
 rium 38. §. 1. & §. iisdem, ff. de adulteris. l. qui con-
 tra 4. in fine, C. de incest. nupt. nec hoc tantum ha-
 bet ignorantia antecedens verum etiam concomi-
 tans, ut contra varios, quos ipse refert, probat
 Menochius de presump. cent. 6. casu 92. ex num. 87.

Nec obstat augmentum ipsius difficultatis, nam
 verius est, stante probabili ignorantia excommu-
 nicationem non incurri, quia non nisi in contu-
 macie propter peccatum mortale imponitur, cap.
 nemo 41. 11. q. 3. Sed peccatum cessat quando adest
 probabilis ignorantia, ut proxime probavi: ergo
 & per consequens excommunicatio, cap. si vero 4.
 de sent. excom. cap. 2. de consit. lib. 6. junctâ Glossa
 ibi, verbo Res ignorata, cap. cum desideres 15.
 de sent. excom. Covarr. in cap. alma, 1. p. §. 10. ex
 numer. 7. Suarez disput. 4. sect. 3. ex num. 1. & dis-
 put. 15. sect. 3. num. 2. Hugolinus eod. tract. tabul. 1.
 cap. 9. §. 8. num. 8. Marius Alterius lib. 3. disput. 2.
 cap. 3. per totum, Costa de facti scientia in spect. 85.
 num. 12. Nec contrarium docetur in d. cap. si quis
 Episcopus 6. & 7. 11. quest. 3. in illis verbis: Maxi-
 me si postquam didicerint, quæ repetit Nicolaus
 Papa in Synodo Roman. can. 2. nam verbum ma-
 xime, vel significat tantum ut in cap. perveni 18. d.
 cap. 1. 16. q. 3. ut exponit Glossa ibi: vel si compre-
 hendit ignorantes, non sunt, quos probabilis i-
 gnorantia excusat, sed qui communicat ex crassa,
 supina, vel affectata, juxta textus in cap. qui & di-
 vinit 24. in fine 12. q. 2. cap. 1. §. quod nec sufficit, de
 postul. Pralat. cap. pen. 37. dist. cap. cum inhibicio,
 §. 1. de clandest. despons. cap. eos, de tempor. ordi-
 in 6. l. 5. ff. de reb. credit. l. 6. ff. de jur. & fact. ignor.
 l. 44. de ritu nupt. de qua ignorantia, crassa videli-
 cet, intelligit Glossa ibi, textum in cap. quoniam
 multos 103. 11. quest. 3. juxta quam ex nova constitu-
 tione hujus textus crassa, & supina ignorantia
 excusat. Sed Glossam refellit Suarez disput. 5. sect. 3.
 num. 2. quare illa verba accipit de ignorantia pro-
 babili, & inculpabili. Quo modo etiam accipiunt
 Glossa in d. cap. cum desideres, verbo Excommuni-
 cationis, & Alterius lib. 1. de censur. disput. 15. cap. 5.
 ex quo affirmat Pontificem Gregorium nihil cir-
 ca ignorantes novi concessisse, sed declarasse quod
 jure ipso naturali locum habebat ad tollendos
 scrupulos. Sed quia huic explicationi obstant prio-
 ra verba illius textus, ibi: Perire quotidie cernimus
 partim ignorantie; quæ supponunt propter igno-
 rantiam culpabilem, & peccaminosam, gratiam
 illam Pontificem concessisse, qualis non potest
 esse ignorantia probabilis, mox redit Suarez ad
 explicationem Glossæ, affirmans quamcunque igno-
 rantiam fortasse excusare communicantem cum
 excommunicato à majori excommunicatione,
 dummodo affectata non sit, quia hæc malitiæ
 æquiparatur; alia verò ignorantia non continet ve-
 ram, & propriam contumaciam in communicante,
 sed negligentiam, quæ quemadmodum sufficit in
 presenti textu, ut propter eam dispensatio con-
 cedatur in irregularitate; ita propter animarum
 pericu-

17.
 Dissol-
 vunt
 augmē-
 tum dis-
 sculpa-
 tis.



periculum efficit, *in dict. cap. quoniam*, in excommunicationem minorem non incidunt, qui etiam ex crassa, & supina ignorantia excommunicatis communicant: quare indulgentia hæc ad alios casus non protrahitur, sed in aliis, in quibus similis gratia concessa non fuit, crassa, vel supina ignorantia non excusabit. Nec obstat textus *in cap. sicut dignum*, §. de illis, de homicid. quia verbum *vel ignoranter*, ibi non apponitur, ut etiam eo casu ei, qui cum excommunicatis communicabit, imponatur; sed potius ne imponatur, quemadmodum non imponitur eo casu, quo quis ex timore communicavit, juxta dictum caput *quoniam multos*: & hos duos casus considerandos esse aperte jubet Pontifex. Nec tandem obstat textus *in d. cap. excellentissimi* 12. 11. q. 3. si accipiamus verbum *absolvatur*, pro declaratione, hoc est absolutum esse, ut accipitur *in cap. audivimus* 24. q. 1. juxta Patrem Suarium *de censur. disp. 4. sect. 4. num. 22.* aut etiam ut textus ille procedat in crassa, & supina ignorantia, quæ etiam vera ignorantia est, non de affectata, quæ est ignorantia simulata; nam cum sententia, de qua ibi, fuisset publicè promulgata, ejus ignorantia non excusat, ne incurratur excommunicatio, juxta textus *in d. cap. qui à divinis*, cap. 1. §. *quod nec sufficit*, de postul. Pralat. Illa tamen ignorantia facit, ut statim absolutio concedatur, quemadmodum dispensatio in præsentem textu.

18. Sed supra traditæ assertioni obstat textus *in cap. Exponitur cap. cum illorum 3. de sent. excom.* cum illorum 32. de sent. excom. ubi Innocentius III. affirmat, eos qui manus violentas in clericos iniecerunt, & ita sacris ordinibus initiati fuerunt, ignorantibus censuræ, in susceptis gradibus ministrare non posse, nisi obtentâ dispensatione. Igitur quia qui cum ignorantia probabiliter censuræ ordines suscepit, irregularis efficitur. Pro cuius textus expositione discrimen constituendum est inter ignorantiam facti proprii & ignorantiam facti alieni; nam ignorantia proprii facti, de qua in eo textu agitur, iusta, & probabilis esse nequit, immò nec præsumitur, argumento legis ultimæ *in fine*, ff. *pro suo*, l. *quamquam* 7. ff. *ad Velleian.* & idè in eo casu dispensatio necessaria est: ignorantia verò facti alieni, de qua in præsentem agitur, iusta & probabilis est, l. *ultim. in fine*, ff. *de jur. &*

fact. ignor. quia ut inquit Consultus *in l. 2. ff. eod. tit.* talis ignorantia etiam prudentissimos fallit. Illustrat Robertus *lib. 4. sentent. cap. 15.* & idè de excusat, non tantum in civilibus, l. 1. l. 3. & 4. l. *regul. 9. ff. eodem tit. l. qui fundum* 7 §. 2. ff. *pro emptore*, l. *si res* 57. ff. *de legat. 1. in bonorum* 10. ff. *de bonor. possess. l. nunquam* 31. cum l. *sequenti*, §. 1. ff. *de usufrucap. l. si à patre* 5 cum l. *sequenti*, ff. *de condit. indob. l. quamvis* 5. cum *sequenti*. Cod. *quis admittit* sed etiam in criminalibus, l. *liberorum* 11. §. *non tantum* ff. *de his qui notant. infam. l. 2. ff. si quis in jus vocatus*, l. *tutor* 16. §. *contrariam*, ff. *de pignorat. act. l. si quis* 7. §. *doli*, l. *si familiam* 7. ff. *de jurisd. l. 4. in fin. Cod. de incest. nupt. l. plagii* 14. C. *ad leg. Flavianam de plag. cap. si quis cum duobus*, sequenti. 34. q. 2. cap. 2. *de cognat. spir. regul. ignorantia*, de R. l. *lib. 6. latè illustrat Amaya lib. 1. observ. cap. 1. num. 1.* unde excusat ab excommunicatione, cap. *si verò* 4. *de sent. excom.* Suarez *de censur. disput. 4. sect. 8. num. 11.* Hugolinus *eod. tract. tabul. 1. cap. 9. §. 8.* & ab irregularitate, cap. *si significasti* 8. *de homicid.* de qua ignorantia rectè accipiunt præsentem textum Innocent. Hostiens. & Ancharan. nec contrarium probant textus *in l. genero* 8. ff. *de his qui not. infam. l. 1. ff. de legibus*, l. 2. ff. *de termino moto*, l. *si fortuito* 11. ff. *de incendi. quos* & alios explicat Amaya ubi proximi. Nec etiam obstat textus *in l. Iulianus* 13. §. 1. ff. *de act. empti.* Cui respondetur ex ratione textus *l. 1. §. causa* ff. *de adlit. edict.* scilicet quod non interest, fallatur quis ignorantia, an calliditate: quâ ratione procedunt textus *in l. ff. adest* 19. §. 1. ff. *locati*, l. *tutor* 16. §. *contrarium*, ff. *de pign. act.* Nec etiam obstat textus *in l. si partem* 19. §. 1. ff. *quemadmodum servitutes*, quia cum tempus, de quo ibi, quo servitutes amittuntur, sit continuum, currit etiam ignorantia, juxta dictam legem *genero*. Nec tandem obstat textus *in l. interdum* 16. §. *licet*, ff. *de publican.* quia ut ibi notat Accursius, ignorantia, de qua ibi, non est iusta, & probabilis, quia est ejus, quod quis scire tenetur; & idè non excusat, sed ea stante quis mitius punitur: quâ ratione etiam non excusat *in l. servos* 12. C. *de agric. lib. 11. l. 1. C. de colonis Illyricanis.*

CAPUT X.

Idem.

SI^b celebrat minori^c excommunicatione ligatus, licet graviter^d peccet, nullius stamen notam^e irregularitatis incurrit, nec^f eligere prohibetur, vel ea, quæ ratione^g jurisdictionis sibi competunt, exercere. Si tamen scienter talis electus fuerit, ejus electio est^h irritanda pro eo, quod ad susceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à sanctisⁱ Patribus est privatus. Peccat autem conferendo ecclesiastica^j sacramenta: sed ab eo collata, virtutis non carent^k effectu, cum non videatur à collatione, sed participatione sacramentorum (quæ in sola consistit perceptione,) remotus. Dummodo non in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet contra prohibitionem superioris, communioni excommunicatorum^l pertinaciter se ingesserit: in quo casu est anathemate feriendus.

NOTÆ.

1. **a** [Dem.] Gregorius videlicet IX. qui præsentem constitutionem edidit, ut decideret, sopiretque veterem controversiam; nam cum aliis canonibus statutum esset clericum excommunicatum celebrantem irregularitatem incurere, quos retuli in cap. 4. hoc tu. quia tamen expressum non erat, an de legatis tantum majori excommunicatione, an etiam de minori sacri canones loquerentur, cæpit de hoc apud Interpretes dubitari; & super eo diversas fuisse opiniones refert Hostiensis in præfenti, num. 1. quare ut eam quæstionem definiret Gregorius in præfenti, docet clericum minori excommunicatione ligatum, celebrantem, licet graviter peccet, nullius tamen notam irregularitatis incurere, & posse eligere, atque ea, quæ ratione jurisdictionis sibi competunt, exercere, non tamen eligi, additque, peccare conferendo ecclesiastica sacramenta, sed ab eo collata virtutis effectum non carere, dummodo in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ communioni excommunicatorum pertinaciter non se ingesserit: quo casu affirmat, esse anathemate feriendum. Quam Gregorii constitutionem notabilem, & magistralem dixit Butrius in præfenti, num. 1. famosiorum aliis appellavit Panormit. num. 1. elegantem dixit Covarr. in cap. alma, 1. part. in initio, numer. 4. & §. 6. num. 5.
- b **Celebrat.**] Hoc est Missæ sacrificium offert, juxta textum in cap. is qui 18. de sent. excomm. lib. 6. Clement. 2. de priviil. Hugolinus de censur. tab. 3. cap. 8. num. 1.
2. **c** **Minori excommunicatione.**] De qua in cap. 2. de except. cap. penult. de sent. excomm. & de illa tantum præfens quæstio procedit, non de aliis minoribus excommunicationibus, quæ privabant osculo pacis, aut societate Episcoporum, seu sacerdotum, de quibus agit Morinus lib. 2. exercit. cap. 1. cum sequent. Dicitur enim hæc minor excommunicatio comparatione ad majorem, quia hæc paucis effectibus est contenta; privat enim tantum aliqua communione, veluti passiva perceptione sacramentorum, quæ quamvis olim in Ecclesia magna pœna fuerit, ita ut simpliciter excommunicatio diceretur, ut ex canone 10. aliàs 11. Apostolorum constat, & facile probatur ex cap. sacerdote 63. de consecr. dist. 1. Sotus in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 1. Marius Alter, de censur. disput. 2. cap. 5. §. excommunicatio, Suarez eod. tract. disp. 8. sect. 3. num. 2. attamen quia longè gravius damnum infert excommunicatio major, pluresque habet effectus, idè ejus respectu minor excommunicatio dicitur, quemadmodum minor capituli diminutio appellatur respectu majoris, & maximæ, §. minor, Instit. de capit. diminut.
3. **d** **Graviter peccet.**] Innocentius in præfenti, n. 1. ait, quod idè gravius peccat; quia celebrat in peccato mortali ex eo contracto, quia cum excommunicato majori excommunicatione communicavit, juxta textum in cap. sacris, de his que vi; & ita est suspensus quoad se, cap. sacerdotes 50. 1. q. 1. cap. ult. de cohabit. cleric. Sequuntur Hostiens. num. 1. Anton. num. 3. & 4. & eos refellit Covarr. in cap. alma, 1. p. §. 8. num. 2. ex eo quia ad minorem excommunicationem non desideratur necessariò mortale crimen, sed sufficit venialis culpa. Graviter ergo peccat, quia dum celebrando percipit sacramenta, facit contra præceptum Ecclesiæ in materia gravi, & sacra, & violat censuram

Ecclesiæ; & sic quia peccatum mortale committit, graviter peccat, l. 6. tit. 9. partit. 1. Covarr. ubi supra, num. 2. Suarez de censur. disp. 24. sect. 2. num. 2. Idem procedit in ligato majori excommunicatione, qui gravius peccavit, quia gravius offendit præceptum, & censuram Ecclesiæ, ut ex hoc textu, & ex cap. latores 4. hoc tit. probat Suarez disput. 11. sect. 1. num. 1. Inde etiam provenit, quod ligatus minori excommunicatione graviter peccat, si alia sacramenta percipiat, veluti Confirmationis, Pœnitentiæ, Ordinis, aut matrimonii, ut probant Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 9. num. 5. Hugolinus de censur. tabul. 3. cap. 6. §. 1. num. 1. Sacramenta tamen ei collata valida erunt, exceptâ absolutione sacramentali. Suarez supra, num. 2 non tamen peccabit taliter excommunicatus, si Missam, & alia divina officia audiat, seu iisdem intersit simul cum aliis fidelibus, aliòve actus ecclesiasticæ communionis exerceat, sive sacros, sive politicos, dummodo non percipiat sacramenta. Covarr. d. §. 8. num. 2. Suarez d. sect. 2. num. 4. Illi etiam, qui excommunicato minoris excommunicationis conferunt sacramenta, etiam graviter peccat, quia veniunt contra præceptum, & censuram Ecclesiæ, cap. 2. de majorit. & obed. Suarez d. sect. 2. n. 26.

e **Notam irregularitatis.**] Hoc nomen irregularitatis, in veteribus canonibus incognitum fuit, ut pro expositione textus in cap. si Episcopus 6. 11. q. 3. notarunt Antonius hic, numer. 13. Addition. Panormit. numer. 6. postea verò receptum fuit ad significandos eos, qui non possunt ordinari, vel in ordinibus ministrare. Erat enim olim ab Apostolis, & à sanctis Patribus regula constituta de illis, qui admittendi erant ad sacra ministeria, & in illis poterant ministrare, ut colligitur ex cap. unum ovarium, §. nunc autem, 25. dist. cap. 2. 48. dist. cap. si qui sunt. 4. 81. dist. quæ qui comprehens non erant, quia extra regulam reperiebantur, irregulares dicebantur; quo nomine ad eos significandos, qui impedimentum habent, ne possint ordinari, utuntur sæpius Pontifices. Sicut regularis dicitur, qui juxta regulam vivit, cap. quod Dei 5. cap. 7. de statu monach. Concil. Mogunt. can. 13. & 21. Arelat. 6. cap. 6. Vernenfè can. 11. Carnot. epist. 202. probat Benedictus Haffienus tom. 1. disq. mon. tract. 1. lib. 3. disquis. 6. Quare primis Ecclesiæ temporibus omnes clerici dicebantur regulares, aut canonici, à canone, cui inscripti erant, & juxta quem vivebant. Concil. Laodic. can. 24. cap. si qui verò, cum seq. 3. 32. dist. notavit Cironius ad tit. de regul. Ita qui arceatur ab ecclesiastico ordine, tanquam à regula alienus, dicitur irregularis, id est devians à regula, cap. 1. 47. dist. ubi cum agatur de pœna usurarii, dicitur quod clericus ejiciatur à Clero, & alienus sit à regula, sive ab ecclesiastico gradu, ut in ipso canone 17. Concilii Nicæni legitur. Est enim vox hæc composita ex propositione in, & regula: quæ propositio negativa privationem inducit, l. incivile, ff. de legibus. Unde irregulare dicitur, quod intra regulam non continetur; quo in sensu dicitur irregulariter legens pro eo, qui contra regulam legit, in c. quoniam, 69. dist. irregulare depositum, quod contra regulam depositi sit, l. Lucius 24. cum l. sequent. §. qui pecuniam, ff. depositi. Est autem irregularitas hæc nota quadam, sive impedimentum ex facto, vel defectu proveniens, quo quis prohibetur ad sacros ordines promoveri, & in iisdem ministrare: & aliquando provenit

ex delicto, aliquando ex defectu, aliquando ex vinculo, ut probavi passim in lib. 1. Decretalium. Et quia post delictum manet nota, l. ult. Cod. de generali abolitione, cap. ult. § indulgentia 2. quest. 3. l. 6. §. si quis, cum l. sequenti, ff. de his qui not. infamia, sive macula, cap. final. 25. dist. quia cum se habeat ad modum cicatricis, cap. ventum 18. 1. quest. 1. etiam post penitentiam durat, cap. final. de arate & qualis. & ideo rectè appellatur nota in presenti, & in cap. final. de homicid. & qui minori excommunicatione ligatus celebrat, talem notam non incurrit, quia si postquam celebravit, absolvatur, poterit ulterius celebrare sine dispensatione; quod illi non liceret, si irregularitatem incurreret qui deponeretur, ut contingit ligato majori excommunicatione, & celebranti, cap. 3. & 4. hoc tit. nec haberet spem restitutionis, cap. si quis Presbyter 5. cum sequenti 11. q. 3.

5. f. Nec eligere prohibetur.] Quia cum tantum sit remotus à perceptione sacramentorum, cap. 2. de except. & ab omni eo, per quod pervenitur ad illam, ut est electio passiva, de qua infra in vers. Si rament, non prohibetur eligere, quia hoc extrinsecus se habet ad participationem sacramentorum, nec ab ea dependet. Docent in presenti Anton. num. 1. Panormit. num. 2. Ancharan. num. 3. Covar. in cap. alma, 1. p. §. 8. numer. 3. Suarez de censur. disput. 24. sect. 2. num. 4. Nec interest, an minor excommunicatio à jure, an ab homine imponatur, quia in utraque eadem ratio procedit, quamvis contrarium innuatur in l. 6. tit. 9. part. 1. Nec aliud docetur in cap. illa 39. de elect. quia potius id ibi probatur, siquidem docetur minori excommunicatione ligatum posse eligere, quia canonica judicatur electio, cui ipsi interfuerunt eligendo, cap. 3. de caus. possess. & licet in eo textu affirmet Pontifex, se supplere de plenitudine potestatis, si quis in ea ex eo fuisset defectus, hoc non fecit ex necessitate, sed ex abundantia, ut docet Glossa 2. Innocentius num. 2. Suarez dist. sect. 2. num. 13. & ut satisfaceret opposentibus de minori excommunicatione, addidit illa verba: Si quis def. ctus, &c. aut forte hæc verba presentis textus tantum significant, quod propter minorem excommunicationem excommunicatus eligere non prohibetur, etiam si celebraverit, etsi de hoc non tanquam de excommunicatione, sed tanquam de crimine opponatur, ne inter sit electioni, quia criminofus à temporalibus actionibus removetur, cap. super eo 13. de testibus: & per consequens ab spiritualibus, argumento capitis per venerabilem, qui fil. sint legit. si nihilominus inter sit, ex hoc defectu, potuit electio impugnari, ut quosdam existimasse referunt Hostiensis, & Innocent. in eotextu, numer. 1. Quem defectum de plenitudine potestatis supplet Pontifex in eo capite. Aliud procedit in suspensis, quia hi non possunt eligere, cap. cum dilectus, vers. Quia nobis, de consuet. cap. cum inter 16. de elect. cap. quia diversitatem, de concess. prebend. cap. unic. ne sede vacante, lib. 6. sive sint suspensi ab ordine, sive ab officio; nam cum non possint actum ordinis, vel officii exercere, utique nec ea, quæ dependent ab ordine, vel officio, ut est actus eligendi, Clement. 2. de arate & qualis. quare nihil interest, an à jure, an ab homine suspensio imponatur, quicquid voluit Glossa verbo, & suspensus, in dist. cap. cum dilectus, & in presenti verbo Nec eligere

6. g. Jurisdictionis.] Sive sit jurisdictionis ecclesiasti-

ca, sive propria, sive delegata, ex eadem ratione, quia non pender à perceptione sacramentorum, quæ tantum illi prohibita est; & ideo aliorum humanorum actuum particeps erit, ex l. cum Prator. ff. de judic. quare poterit excommunicare, & ab excommunicatione absolvere, cap. duobus 56. de sent. excom. quia non tantum jurisdictionem retinet, sed & usum jurisdictionis: item ea obire, quæ quamvis jurisdictionis non sint, tamen aguntur in judicio. Unde actor esse poterit, & procurator, aut testis, vel accusator, licet de his duobus dubitet Anton. in presenti, numer. 15. non quia excommunicatus sit, sed quia criminofus, argumento textus in cap. super eo 13. de testibus. Item poterit contrahere, & facere testamentum. Glossa in presenti, quam sequuntur Innoc. num. 3. Hostiens. num. 5. Panormit. num. 2. Suarez d. sect. 2. n. 4.

h. Est irritanda.] Consonat lex 6. tit. 9. part. 1. Ratio redditur à Gregorio in illis verbis: Pro eo, quod ad suspensionem eorum eligitur, à quorum perceptione à sanctis Patribus est privatus. Quæ significant, quod quamvis per minorem excommunicationem privetur quis tantum sacramentorum participatione, cap. 2. de except. quæ in sola perceptione consistit, juxta presentem textum, in vers. Peccat; atramen si eligatur ad beneficium, electio est irritanda, quia concomitanter se habet ad suspensionem sacramentorum; ideo enim quis eligitur ad beneficium, ut celebrando percipiat sacramenta, cap. velatum 11. de consecr. dist. 2. à quorum perceptione est privatus. Unde etiam eligi prohibetur, ex regula, quæ dicitur, quod quando aliquid prohibetur, omne id censetur prohibitum, per quod pervenitur ad illud, l. oratio 16. ff. de spons. l. 2. ff. de jurisdict. cap. praterea, de offic. deleg. & ne qui unà viâ à sacramentorum perceptione arceatur, aliâ admittatur, contra textum in cap. tue, de procurat. namque si talis electio non irritaretur, tacite admitteretur electus ad id, à quo expressè prohibetur, contra regulam textus in l. qui testamento 27. de probat. Sed quia hæc electio directè non celebratur contra censuram, ideo non est irrita ipso jure, sed irritanda à iudice per sententiam ut constat ex presenti verbo irritanda, & docuerunt Glossa in presenti, verbo Eligere, Suarez disput. 24. sect. 2. num. 21. Alterius de censur. disput. 4. cap. 3. §. 2. quare audiendi non sunt Hostiensis hic, num. 5. Cardinal. column. ult. Covar. in cap. alma, 1. p. §. 4. num. 3. Hugolinus tabul. 3. cap. 6. §. 3. num. 2. existimantes, hanc electionem ipso jure nullam esse, quia persona minus idonea eligatur: & argumento capitis postulasti 7. hoc tit. accipientes verbum irritanda, juxta subjectam materiam, hoc est irrita nuncianda; namque persona in hoc casu non prohibetur directè eligi ob minorem excommunicationem, quemadmodum ligatus majori excommunicatione, de qua agitur in d. cap. postulasti; sed indirectè, & immediatè; & ideo quamvis electio facta de excommunicato majori excommunicatione ligato sit ipso jure nulla, d. cap. postulasti; non tamen talis erit electio de ligato minori excommunicatione, sed irritanda.

i. Sanctis Patribus.] In canone 10. Apostolorum, de quo in cap. sicut Apostoli 16. cum sequenti 11. q. 3. & aliis, quæ dabimus in c. significavit, de sent. excom. ex quibus verbis etiam deducitur, quod si excommunicatus minori excommunicatione eligatur ad temporalem dignitatem, Regnum, &

& Cathedram, etiam si sacra electionis sit, valebit electio, quia cessat prædicta ratio Suarez *dist. sect. 2. num. 14.* Alterius *d. disp. 4. cap. 2.* non ita si eligatur ad beneficium, simplex præfimum, vel simile, cuius officium non est ministrare, quia quamvis hæc beneficia non obligent ad Missam celebrandam, vel sacri ordinis susceptionem, sufficit quod ex intentione Ecclesiæ fuerint ad finem hunc instituta. Aliud procedit in pensione, quæ non est beneficium ecclesiasticum.

i Sacramenta.] Consonat lex *6. tit. 9. partit. 1.* & rectè, quia qui minori excommunicatione ligatus celebravit, graviter peccat, ut inquit Gregorius *in presenti*, at ille, qui in peccato mortali est, non potest sacramenta contingere, *c. eos, 81. dist. quod si faciat, graviter peccat, cap. illud, 50. dist. cap. illud, 95. dist. cap. omnia 1. quæst. 1. cap. præter, 5. verum, 32. dist.* Ergo minori excommunicatione ligatus, conferendo ecclesiastica Sacramenta non peccat, quia violat censuram Ecclesiæ, quia hæc tantum privat perceptione Sacramentorum, sed quia indignè confert, & in peccato mortali. Ita Innocentius, Hostiensis, & Antonius *in presenti*, quicquid velint Covarr. Suarez, & Host. relati à Barbosa *in presenti*: vel quia celebrat ut conferat, quo casu accipit textum hunc Mendo *in statera, dissert. 13. q. 9.*

k Effectus.] Quia cum excommunicatus ratione censure sacramenta conferre non prohibeatur, ab eo collata non tantum valent, sed & conferunt executionem.

l Perinaciter.] Quare etsi non fiat irregularitas, quia graviter deliquit, à iudice tamen anathematis est feriendus, juxta textum *in cap. si quis Presbyter 5. cap. si quis laicum 26. 11. q. 3. cap. quod in dubiis 30. de sent. excom. cap. 3. q. 9. & 13. eod. tit. lib. 6.*

COMMENTARIUM.

A Pud antiquos satis controversum fuit, utrum si excommunicatus minori tantum excommunicatione ligatus celebrasset Missæ sacrificium, maneret irregularis, ut contingit excommunicato minori excommunicatione; juxta tradita *in cap. 4. hoc tit.* Et Glossa *1. in cap. si quis Presbyter 5. 11. quæst. 1.* existimavit, etiam minori excommunicatione ligatus sacrificium Deo offerentis deponendos esse, & fieri irregulares, intelligens ita verba illa ipsius textus, ab Episcopo suo correptos, de excommunicatis minori excommunicatione, quia cum hæc excommunicatio censura sit, eam ligatus dicitur correptus, *cap. corripiantur 24. quæst. 3.* & si de excommunicato majori excommunicatione in eo canone ageretur, frustra ei imponeretur anathema, qui jam erat majori excommunicatione ligatus. Affirmat ergo Glossa, in eo canone agi de excommunicato minori excommunicatione. Quæ Glossa sententia fulcitur ex canone 8. Concilii Carth. 2. ex quo desumptus est textus *in dist. cap. si quis Presbyter*, ubi ita legitur: *Si quis Presbyter à Præposito suo excommunicatus, vel correptus fuerit, &c.* Facit etiam, nam minori excommunicatione ligatus, celebrando graviter peccat, ut inquit Gregorius *in presenti*; quia in materia gravi, & sacra violat censuram Ecclesiæ: hoc autem peccatum debet aliquam pœnam puniri: sed nulla pœna congruentior est, quam irregularitas; nam ex eadem causa, quia graviter peccant excommunicatus majori excommunicatione, sus-

penfus & interdictus celebrantes irregulares fiunt, ut probavi *in cap. 4. cap. Apostolica, hoc tit.* Ergo similiter ligati majori excommunicatione celebrantes irregularitatem contrahunt. Deinde quia in minori excommunicatione contracta ex eo, quod quis communicavit cum excommunicato majori excommunicatione ligato, peccatum mortale incurritur, *cap. sacris, de his que vi:* & ratione hujus peccati, non tantum est suspensus quoad se, *cap. sacerdotes 90. 1. quæst. 1. cap. final. de cobabit. cleric. verum & est suspensus à jure, cap. cum excommunicato 8. cum sequenti 11. quæst. 3.* quæ sic accipiunt Glossa *in presenti, verbo Nec eligere*, ubi Innocentius *num. 1.* Hostiensis *numer. 3. 10. & 12.* Anton. *num. 12.* Panormit. *numer. 4. & 5.* quare celebrando non tantum erit irregularis, *cap. 1. de re judic. lib. 6. cap. 1. in fine, cap. 15. cui 20. de sent. excom. lib. 6.* sed nec eligere poterit, *cap. cum inter 16. de elect. cap. cum dilectus 18. de consuet. cap. cum bone. de arat. & qual. cap. quia, de concess. præb.* Tandem pro sententia Glossæ faciunt canones illi, in quibus damnantur generaliter excommunicati celebrantes, ut canon. 108. Synodi Carthag. in illis verbis: *Placuit, ut quicumque non communicat in provincia propria & in aliis provinciis, vel transmarinis partibus, ad communicandum obrepserit, jacturam communionis, vel clericatus excipiat.* Ubi nulla differentia fit excommunicati majori, vel minori excommunicatione ligati, *cap. placuit 9. 11. q. 11. q. 3.* Ob negligentiam suam excommunicatus Episcopus, vel clericus, si antequam audiat, communicaverit, ipse contra se sententiam fert. Ubi obiter notanda est formula illa, *in se sententiam ferre; & sua sententia damnari;* quæ etiam reperitur *in l. 1. ff. de confessis, l. final. §. sic autem, ff. de bon. eorum. l. in phœberibus 7. §. præterea, ff. de suspens. tutor. novella 53. Justin. Tertul. in apolog. ibi: Nonne, inquit, & ipsius Lycurgus leges à Lacedæmonis emendata tantum auctori suo doloris incurrerunt, ut in secessu invidia de se metipso judicaret.* Apulei *lib. 8. Metamorph.* de adultero excæcato sibi vim inferre cogitante, ait: *Invidia statuit elidere sua sententia damnarum spiritum.* Tacitus *lib. 5. Eorum, qui de se stantebant, humabantur corpora.* Illustrant Fornarius *lib. 6. rer. quotid. cap. 21.* Justel. *in can. 18. Eccles. Afric.* unde Innocent. *in presenti, num. 2.* melius sentire affirmat eos, qui existimant, excommunicatos minori excommunicatione, sive ab homine, sive à canone, si celebrent, esse irregulares; cujus etiam sententia fuisse Archidiaconum *in cap. excommunicamus 11. quæst. 3.* refert additionator Panormit. *in presenti, num. 2. littera B.* illud intelligens, non ut excludatur irregularitas, sed quod in ea non desideretur dispensatio Pontificis, sed sufficere Episcopi.

Contrarium tamen omnino cum nostro Gregorio affirmandum est, scilicet nullius notam irregularitatis incurtere eum, qui minori excommunicatione ligatus celebravit: quod & probant lex 5. & penultima, *tit. 9. partit. 1.* Illustrant ultra congestos à Barbosa *in presenti, n. 4.* Gibalinius *de irregul. cap. 5. q. 2. consecr. 1. n. 7.* Villalobos *tract. 2. diff. cult. 14. n. 1.* Cornejo *in 3. p. disp. 6. de irregul. dub. unic. q. 1.* Leander *cod. tract. disp. 21. q. 1.* Ratio in eo consistit, quia irregularitas non incurritur propter executionem cujuslibet actus facti prohibiti per censuram, nisi actus ille concludat ad ordinem: hoc est non incurritur propter susceptionem solam sacramenti, sed propter indivisam ordinis administrationem, à qua per censuram aliquis prohibi-

prohibitus est, ut probat Suarez *ubi proxime*. Unde ut quis irregularis efficiatur, oportet quod sit suspensus ab aliquo actu, qui ad aliquem ordinem pertineat, ut ex *cap. is qui 18 §. ult. ibi*, *Celebrat: cap. is cui 20. ibi*, *In suo agens officio: de sent. excom. lib. 6* probant Covarr. Hugolinus & Alterius *ubi supra*: at qui minori excommunicatione ligatus celebrans non peccat propter administrationem ordinis, quia minor excommunicatio non suspendit ab aliquo actu ordinis ecclesiastici; sed peccat propter solam susceptionem sacramenti, quæ ad aliquem actum ordinis non pertinet, & perinde peccat, atque peccaret laicus sacramenta recipiendo. Igitur celebrando cum minori excommunicatione nullius irregularitatis notam incurrit. Nec interest, quod minori excommunicatione ligatus celebrando graviter peccet, quia hoc non sufficit, ut fiat irregularis, quia cum irregularitas proveniat à jure canonico, non est aliquis iudicandus irregularis, nisi ubi hoc invenitur expresse, *cap. is cui, de sent. excom. lib. 6*. Suarez *disp. 24. sect. 2. num. 3. & disput. 40. sect. 4. numer. 12*. Quapropter cum ob peccatum hoc non sit statuta in jure irregularitas, non est illa qui ita peccaverit, puniendus, sed arbitrio sui Prælati, cum certa pœna in jure non statuatur, ut argumento textus in *cap. de causi 4. §. final. de offic. deleg. cap. tempora 16. quest. 7. l. 1. ff. de jure delib.* probat Glossa 1. in *presenti*, quam sequuntur Hostiensis *num. 2*. Hugolin. *de censur. tabul. 3. cap. 8. num. 1*. Alter. *eod. tract. disput. 4. cap. 2. §. quæret aliquis*. Suarez *eod. tract. disput. 24. sect. 2. num. 3*. Alia causa est ejus, qui cum esset majori excommunicatione ligatus, celebravit; hic namque erit irregularis, quia major excommunicatio includit suspensionem ordinis; quia quamvis sit censura distincta à suspensione, attamen quoad effectum suspendendi habet eandem efficaciam cum ea, ut probat Suarez. *disp. 11. sect. 3. num. 3*. & idè quia ligatus majori excommunicatione celebrando attentat officia sibi

interdicta, irregularis efficitur, ut latè probavi in *cap. 4. hoc tit.* Hinc quia minor excommunicatio privat tantum passiva susceptione sacramentorum, quæ non tendit ad ordinem ecclesiasticum, non est verè, & propriè suspensio, nec taliter excommunicatus dici potest suspensus; quia vera suspensio non consistit in privatione passiva, sed aliarum functionum ecclesiasticarum, ut probat Suarez *de censur. disput. 25. sect. 1. num. 4*. Est enim censura ecclesiastica, quæ minister Ecclesiæ impeditur, ne divina officia celebret, aliquæ ecclesiastica potestate utatur: quare ligatus minori excommunicatione, quia verè & propriè non est suspensus, celebrando non fit irregularis, & eligere poterit juxta hunc textum: non ita verè, & propriè suspensus, quia hoc celebrando irregularis efficitur, *cap. 1. de re judic. lib. 6. nec eligere valet, d. cap. cum n. ver, de elect.* quia non potest ecclesiastica munera obire. Unde etiam fit, quod quamvis admittamus peccatum mortale committere eum, qui communicat cum excommunicatione ligato, & per consequens suspensum manere quoad se; attamen hæc suspensio non est sufficiens ad irregularitatem incurrendam, *cap. final. de cohabit. cleric. ex quo ita docuerunt Innoc. in present. n. 2. Hostiens. n. 5. Antonius n. 12. Panormitanus n. 4. Ancharanus n. 9. Nec obstat textus in d. c. Presbyter 5. n. quest. 3. pro contraria sententia adductus, qui loquitur de clerico majori excommunicatione ligato; & docetur, quod si ipse in contemptum superioris sacrificium Missæ celebraverit ut schismaticus aliud altare erigendo, locum amittat, id est irregularis maneat, & anathema ei dicatur. Nec novum est, ut excommunicatus majori excommunicatione anathematizetur, *cap. Engeltrudam, quest. 4. cap. cum non ab homine. c. ubi probavi, de judicis*: & ita textus in *dict. cap. Presbyter*, accipiendus est de clerico excommunicato majori excommunicatione, de quo etiam accipiendi sunt alii canones supra relati.*

TITULUS XXVIII.

De clerico non ordinato ministrante.

CAPUT PRIMUM.

^a Hormisda Papa.

Siquis ^b baptizaverit, aut aliquod ^a divinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem ^c abjiciatur de Ecclesia, & nunquam ordinetur.

NOTÆ.

^a *Hormisda.*] Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 1.* licet Glossa marginalis legat *Honorius*. Sanctus Hormisda, natione Campanus, patriâ Frusinus, electus fuit Summus Pontifex die *x x v i. Novemb. an-*

no 514. Scripsit varias epistolas, ex quibus nonnulla fragmenta extant apud Gratianum, & Carotenensem; & ex eis forsân textus præsens transcriptus est. Alia de ipso Pontifice referunt Baronius, & Coriolanus *d. anno 514.* Jacob à sancto Carolo in *Bibliothec. Pontificia*, & nos in *cap. 1. de despons. impub.*

^b *Si*